





June

206

(2)

T. 880048


C. 1000214616

(4)

T. 880031

C. 1000214586

X S. P. Est. 3, cap. ~~4~~





Tractatus sacerdotia-


lis: de ecclesiasticis sacramentis: ac debitis eorum administrationibus: deq; censuris ecclesiasticis canonice obseruandis: presbyteris (maxime curam animarum gerentibus) per necessarius. compilatus per reuerendum Nicholaum de Ploue decretorum doctorem dignissimum. Aliud insuper subtilissimi theologi Joannis Gersonis opus tripartitum. Pluresq; alij mire fecunditatis eiusdem tractatuli pro confessoribus singulares materias doctrinales necnon admonitiões saluberrimas cõplectētes.

Hinc postremo habes dubioꝝ in celebratione missarũ occurrentiũ resolutiones argutissimas.

*Nulla
victoria*

*in rebus
seipsum*

722



723 spes mea est

petrus imperist dicitur. c. i. de sacerdotibus dicitur
gens electum, regales sacerdotium, gens sa-
ta, populus acquiritur: ut virtute sa-
ciebis eis quidem tenebris uos uocavit in
admirabile lumen suum.



Edice cura

teipm. Luce. c. iij.

Sicut ait Grego. p̄ia p̄te sui pasto-
ralis cap. ij. Quis
aūt cogitationum
vulnera occultio-

ra uesciat esse vulneribus viscerum.
Mirum videtur medicū spūalem
multo subtiliores debere fore medico
corporali qui ut bñ curet vitia multa
peritia opus h̄z: presertim ut vim pig-
mentorū spūalium cōsiderans prius
q̄ ceteros curare desideret: circūqua
q̄ regulas medicine cognoscat. Alio
quin si artis spūalis īscius et in se-
ipso ignorātie confossus vulneribus
alios mederi properet: audire nō im-
merito merebitur: medice cura teip̄z.
Magna q̄ppe stulticia est: ut idem ait
Gregorius si aliq̄s alios mederi pro-
perat qui et ipse ī facie vulnus portat:
et maxima plane dementia est: ut inq̄t
in pastorali. c. ij. dum h̄i qui nequaq̄
precepta spūalia cognouerunt cordis
se medicos p̄fiteri nō metuant: dum
qui pigmentorum vim nesciunt vide-
ri medici carnis erubescunt. Recte
igitur cuilibet talium dicitur. Medi-
ce cura teipsum. Quos igitur medi-
cos cordius appellare ad presens me-
lius conuenit q̄ curatores aiaruz. Ip-
sos videlicet rectores ecclesiarū qui-
bus ille thesaurus est traditus p̄ quo
non parcat deo p̄r qui p̄prio filio suo
non pepercit: ut dicitur ad Ro. viij.
Quibus etiam ille vulneratus qui in-
cidit in latrones curandus fouendus
q̄ a samaritano relictus est Luce. x.
Unicusq̄ enim ipsorum dicitur. Lu-
ram illius habe. Et rursus deus per
prophetā. Custodi virū istum qui si la-
psus fuerit aia tua erit pro aia ipsius.

Porro dñs p̄ Ezechlele. l. ij. z. xxxij.
ca. cōminat cuilibet curatori dicens.
Sanguinē eius de manu tua requirā
quasi dicat q̄ vita z mors subditorū
posita est in manus p̄latorū: vñ dicit.
Judith. viij. Ex nobis p̄det aia illo-
rū. Hac itaq̄ sentētia cōmonitus q̄s
q̄ p̄latorū z rectorū penset periculum
sui regiminis: z artem doctrināq̄ dis-
cat spūalis curationis quatenus in
se ignorātie curare possit vulnera: z in
subditorū cordibz p̄ sanā doctrinam
z salubrē penitētiā sciat sanare cōta-
gia delictorū. Ne (q̄d absit) dū sanādī
regulas nesciat z ad sanandū cōmis-
sos subditos sustinet iuste sibi obijci
audiat de eiusdem medice cura teip̄m
Recte namq̄ prelato ignorantī dicitur
ut prius in se sufficientem artē cu-
randi spūalium morborū nō habeat
q̄ amplastrum sanandis vulneribus
adhibeat. Nā ut ait Gre. in regis. Cle-
recūduz est z dicere pudet q̄ sacerdo-
tes ducatū arripiunt q̄ exordium reli-
giose vite nō nouerūt. licet in quibus-
dam catholicis mysterijs ignorantia
tollerāda foret: eo q̄ in plerisq̄ meli-
us est nephare q̄ curare. in quibusdam
etiam iuxta augustinū in libro de ver-
bis dñi: melius est infidelis ignorātia
q̄ temerata sciētia. In ecclīasticis tñ
mysterijs ordinādis disponēdisq̄ oī-
no dānabilis est. De quibz est illud s̄-
bum apli. j. ad Cor. xliij. Si q̄s autē
ignorat ignorabit. Ordinis namq̄ igno-
rantia quo videlicet ordine quicquid
agendū est in ecclesia cōturbat nego-
tiorum naturaz formamq̄ meritoz.
Nā statutis facere iniuriam vel cō-
traire non est intelligere sed errare ut
inquit Ambrosius super Beati ima-
culati. Hinc est q̄ dñs requirit seruū
prudentem quem constituit super fa-
miliā suā. Math. xxiiij. Prudentem

De sacramentis in genere.

dixero ut sciat quo ordine: quo sensu: quomodo: quo fine quicquid gerendum sit. Alioquin si cecus cecum ducatur perstet. nonne ambo in foveam cadunt? Math. xv. Non enim cecus cecum ducere potest. Sic nec indiscretus platus subditum indiscretum potest perviam ducere salutis. Et quoniam his periculosis temporibus in pluribus ecclesiis contra sancta instituta in administrandis sacramentis que sunt instrumenta spiritualis curationis plerumque non tam errasse quam variasse circa eadem cognovimus adeo ut vera sit illa rabanensis sententia. Comune est medicorum semper circa egritudines variari. Unde si tres vel quatuor medici veniunt ad infirmum nunquam in assignatione vel exhibitione cure conveniunt. Hec ille. Et hoc idem. quod verum sit heu nostris temporibus res fidelibus subiecta populis quotidiana experientia clarius manifestat. Profecto siquidem cum aliud quod sacramentorum administrandum sit in ecclesia dei. vix diocesis totius clerici in ipso ritu et canonice tradendo concordat aut convenit. Sed nunc in hac ecclesia hic addit: in alta ille minuit. Ille preponit postponenda. ille postponit preponenda. Ille benedictionem persuadet. ille nequaquam asserit. Ille corrigit librum tanquam deum et erroneum. Ille corrigit corrigentem tanquam ignarum. Sic plerumque mutua discrepatione collidentes: non sine gravissimo scandalo animos subditorum in confusione labyrinthi precipitant et demergunt. Porro nos Stanislaus dei et apostolice sedis gratia episcopus polonienensis paterna sollicitudine pastoralis officii excitati inter tot fluctuantes excursus viam cupientes ostendere certiore presentem tractatum de administrandis rite ecclesiasticis sacramentis celebrandisque missarum solennibus et censuris ecclesiasticis canonice obser-

vandis per venerabilem virum magistrum Nicolaum de ploue decretorum doctorem capellanum nostrum devotum fideliter collectum et plena discussione mastycatum de fratrum nostrorum polonienensis capituli consilio et assensu preuia deliberatione approbatum omnibus et singulis rectoribus ecclesiarum parochialium habendum et tenendum ad unguem perfecte precipimus et mandamus volentes firmum in administrandis sacramentis. celebrandis officiis censurisque observandis omnes et singulos dirigere et gubernari. Statuentes quod si (quod absit) quispiam per archidiaconum nostrum aut per testes nostros synodales tempore visitationis repertus fuerit qui firmum dicti tractatus formam modum et dispositionem se non gesserit in omnibus supradictis. aut qui eundem non habuerit premanibus penam synodalem irremissibiliter persolvendam pro prima vice se noverit incursum. pro alijs vero vicibus ad arbitrium nostrum decetero puniendum.

De sacramentis in genere.

Quoniam natura humana post lapsum considerata sub allegatione peccati maxime eget gratia dei. per quam ab illa infectione peccati purgetur. et ad statum originalis iusticie reducat. iuxta illud. Omnes peccaverunt et egent gratia dei. ad Rom. iii. et v. c. Talis autem gratia purgans infectionem in tribus consistit que unicuique sunt necessaria ad salutem. que sunt fides. bona operatio. et fidei sacramenta. Hec autem tria firmum Hugonem de sacramentis libro. i. parte. x. Ita sibi coherent ut salutis effectum habere non possint si simul non fuerint: quia fides: nec habet meritum si dum potest operari negligit. Juxta illud Jacobi. ii.

fides est, speranda et substantia vera, argumentum non apparentium Paulus. ad Heb. c. 11.

Fides sine operibus mortua est. Nec bonū opus aliqd est sine fide. sine qua impossibile est placere deo. ad Heb. xj. Et rursus fides operas hoīem sanctificare nō sufficit si eam que in sacramētis dei consistit sanctificationē cōtēnit. hec Hugo. Hinc est qd virtus sacramētorū ecclesiasticorū pro salutarī pfectu multū est nobis necessariū cū ip̄a sint occasio et auxiliū nostrū a pctō resurgēdi: et in ip̄is tota medicina nostris vulnerib⁹ salutaris cōsistit. fm Tho. incōpēditō theologicē veritatis. li. vj. ca. j. Non qd in eis gr̄a subiectiualiter cōtineat̄. vel causaliter per ea efficiat̄ cum in sola anima habeat collocari et a solo deo infundi. sed qd in illis et per illa illam gratiam curationis a sūmo medico Jesu christo oportet haurire eo qd non alligauit suam potentiam deus sacramentis quin etiam per aliā viam gratiam conferre valeat fm magistrum sententiarū. li. iij. di. j. ppter qd deus sanans et iustificans peccatorem iustificat ipsum auctoritate. sacramenta vero effectiue per gratiam in eis tanq̄ in vasis contentam.

Quid sit sacrm̄ et quot sint

Facet autem sacramentū multis modis diffiniat̄: tñ fm doctorū cōmunē concordiam sic diffinitur in. li. de doct. christiana. **Sacramentum est inuisibilis gratie visibilis forma: ita qd eius similitudinem gerens et cōexistat.** Ex qua diffinitione habentur differentie sacramentorum veteris et noue legis. Illa enim que figurabant non efficiebant: qd gratiam significabant quā tñ non efficiebant. Sacramenta noue legis sunt septē. Baptismus: cōfirmatio. eucharistia: extrema unctio: penitētia: sacer ordo et matrimonium. Ita autem sunt tanq̄ sus-

ficientia p̄ xpm ordinata in remediū ecclesie militantis. Sed circa hoc cōsiderādū est primo qd quedam data sunt in remediū vnus p̄sone quedam in remediū totius ecclesie. Illa que data sunt in remediū vnus p̄sone sunt triplicia. Quedam enim data sunt in remediū ad intrandū ecclesiam. s. baptis- mus. Quedam ad egressum de ecclesia: vt est extrema unctio. Quedam ad progressum in ea. et hoc dupl̄. Vno mō ad executionē virtutis. videlz vt non a malis superemur. et quātum ad hoc est cōfirmatio. vel vt bonis adheremus. et quātum ad hoc est eucharistia. Alio mō in reparatione virtutis: qd ip̄m hoīem in pugna sp̄ali aliq̄ mō contingit ledi: et sic est penitētia. Si aut̄ in remediū totius ecclesie hoc pōt esse duobus modis: aut ad remediū multiplicatiōis sp̄alis: et sic est ordo aut ad multiplicationem naturale fide- lium et sic est matrimonium. Quidam aut̄ etiā recipiūt numerū sacramēto- rum scdm adaptiōē virtutū vt fidei correspondeat baptis- mus qui est sa- cramentum fidei. Spei extrema un- ctio per quā preparamur quodamō ad futurā gl̄iam. Charitati eucharis- tia. Prudētie ordo. Iusticia peniten- tie. Reparatōe matrimonium. Et hoc fortitudinē et cōfirmatio. Adaptant̄ etiā diuersis generib⁹ culpaz vicioz et pe- narū: vt baptis- mus sit p̄tra culpā ori- ginalem. Penitētia cōtra actuales et mortalem. Extrema unctio contrave- nialem. Ordo contra ignorantia. Ma- trimoniū cōtra p̄cupiscētia. Cōfirma- tio contra infirmitatem. Eucharistia cōtra malicia: qd est sacramētum cha- ritatis que per se opponit̄ malicie. Hec sciūs Thomas sup. iij. sen. dis. ij. q. ij. Scdo credēdū et cōsiderādū est qd sol⁹ de⁹ fuit institutor sacramētorū

De sacramento

z quedā ante aduētū vt matrimoniū z penitentiā: sed hec duo cōfirmavit ī nouo testamēto dū penitentiā p̄dica uit z nuptijs interfuit. Qd̄ autē d̄: q̄ Jacobus instituit penitentiā; Jaco. v. Cōfitemini alterutrū pctā v̄ra nō est verisimile: q̄ per illa verba nō inten debat aliqd̄ sacramētuz instituire: s̄ promulgare. cū nō fuisset auctoritas instituēdi aliqd̄ sacramētum apd̄ Jacobū. Itē extrema vnctio instituta est Mar. vi. vbi legitur q̄ apli vngebant egros multos z sanabātur. Cōfirmatur autē q̄ hoc nō fecerūt virtute p̄pria: sed auctoritate iesu xp̄i illā virtuosam vnctionem instituētis per illa verba Jaco. v. Infirmat̄ quis ex vobis inducat p̄sbyteros zc. Simili mō intelligendum est sicut de penitentiā dictū est. s̄. q̄ per illa verba vnctionē pmulgauit z docuit faciendam: non autem instituit. Item ordo institutus est cum xp̄s dixit. Matthei. xxvi. Hoc facite in meam cōmemorationē. Et Joā. xx. Quoz remiseritis pctā. Hec enim duo pertinent ad ordines sacerdotalem. s̄. potestas dimittēdi pctā respectu corporis xp̄i mistic: z potestas consecrandi respectu corporis xp̄i veri. hec Scotus. Itē cōfirmatio instituta est per hoc q̄ xp̄s imposuit manus paruulis. Itē baptismus institutus ē per xp̄m q̄n̄ ip̄e se baptizari fecit a Joanne. z aplis formam dedit dicens. Euntes in mundum vniuersum predicate euangelium baptizantes eos in nomine patris z filij z sp̄s sancti. Itē eucharistiam instituit in cena vltima in qua apostolos cōcavit. Tertio cōsiderandum est q̄ fm̄ sc̄m̄ Tho. sup. iij. senten. di. j. q. iij. arti. iij. efficacīa sacramentorum est ex tribus. s̄. ex institutione diuina tanq̄ ex causa principali agente z ex passiōe xp̄i sicut ex

causa primaria meritoria z fide ecclesie: sicut ex cōtinuatione instrumenti principalr̄ agētis. z hoc ē qd̄ dicit gl̄. super illud ad Ro. v. In similitudinē preuaricatiōis ade. Qd̄ a latere xp̄i p̄fluxerunt sacramēta per que saluata est ecclesia. Quarto considerandū est q̄ quedā sacramēta sunt necessaria. q̄ daz voluntaria. j. q. j. c. remissionē. s̄. s̄ notandū. Itā sacra necessitatis sunt ista. Baptismus: confirmatio: penitentiā: vltima vnctio: corpus xp̄i. Et dicuntur sacramēta necessitatis ideo q̄ sine istis hō nō pōt saluari si ex contēptu omittantur z haberi p̄nt. Sacramentum vero baptismi in necessitate a quocunq̄ pōt recipi dūmodo in forma ecclesie conferat̄. de summa tri. et fide catho. c. j. in fine. z de cōse. di. iij. a quodam. z etiam penitentiā. Itā cōfiteri possum cuiq̄ in necessitate. iuxta illud. Cōfitemini alterutrū peccata v̄ra. nō tñ heretico vel excōicato. Sacramenta vero voluntaria sunt illa que obmittere non est peccatum: q̄ dicuntur sacramenta dignitatis. j. q. j. s̄. sed notanduz. vt sunt ordines qui a dignioribus conferuntur. s̄. ab ep̄is vel q̄ nō nisi digni ad ordines assumēdi sunt. Item matrimoniū. sine h̄mōi sacramentis bene possumus saluari. xxi. q. iij. s̄. vlti. ad fines. Hec omnia habentur in glo. j. c. veniens. de transactionibus.

De sacramento baptismi

Nisi quis renatus fuerit ex aqua z sp̄u sc̄to nō pōt intrare regnuz dei. Joan. iij. z de cōse. di. iij. fili⁹ dei. Sicut dicit Guido de bas. de cōse. di. iij. placuit. post Aug. Corpus nō fecit aīam peccatricē: sed peccatrix aīa corruptibilē carnē fecit. Peccauit q̄dez aīa primi hoīs: z per peccatū corrupte

baptismi.

carne. Postea vero caro cum non posset se vindicare ex toto in ista anima voluit vindictam sumere: de qualibet anima communi. s. vt quicquid sibi infunderet anima ex ipsa. i. ex eius corruptione inascat peccatum in ipsa anima. Hoc autem est peccatum originale quod quidem anime imputat cum quidam digna retributione inascat anime. Quia igitur ab hoc peccato non potuimus perfecte liberari nisi per baptismum in quo anima nostra quodam modo renascitur spiritualiter et quae natura fuit filia ire dei fit filia adoptionis. Ideo saluator veniens in mundum proclamans necessitatem huius sacramenti baptismi dixit. Nisi quis renatus fuerit ex aqua. Glo. s. exterius abluendo corpus: et interius spiritu sancto mundando animam. non potest intrare regnum. Ex quo patet necessitas huius sacramenti. Et quia baptismus est ianua omnium sacramentorum: ideo de ipso primo videndum est. Erunt autem triplex consideratio circa istud sacramentum. Primo videbitur de ipsius substantiis. Secundo de ipsius accidentibus. Tertio de ipsius cautelis. Quam triplicem considerationem circa quodlibet sacramentum in presenti tractatu seruabimus.

Baptismus quomodo definiatur.

Definitur autem sic. Baptismus est ablutio corporis exterius facta sub forma verborum prescripta.

Quibus vero sunt de substantia baptismi. Primum est intentio: et sufficit generalis. s. quod baptizans intendat illud facere quod facit ecclesia. melius tamen est si fiat specialis intentio: scilicet vt baptizans intendat quod baptizandus mundetur in anima a peccato. Similiter requiritur intentio illius qui baptizatur: si est adultus. quia inuitus non

recipit sacramentum. vt dicitur in capitulo maiores: de baptismo et eius effectu circa finem. Secundum est fides ipsius baptizandi: quia in adultis requiritur fides propria: sed in paruulis aliena. quia paruuli baptizantur in fide ecclesie. Tertium est expressio vocalis forme a christo institute. que est hec. Ego te baptizo in nomine patris et filii et spiritus sancti. Circa cuius prolationem videat baptizans ne aliquam dictionem obmittat: nec etiam addat aliquam ultra vel ne transponat dictiones: vel commutet aliquo modo nomina personarum. Unde si diceretur in nomine genitoris et genitricis procedentis ab utroque non esset baptismus. Item non debet omitti illud pronomine in principio positum. s. ego. quia licet non sit de forma quantum ad necessitatem sacramenti: sed ex constitutione ecclesie: peccaret tamen omittens: quauis ibi esset baptismus. Ita notatur de baptismo et eius effectu capitulo primo. vbi etiam dicitur immergens puerum et dicens. In nomine patris et filii et spiritus sancti: et pretermittens ego te baptizo. non est baptismus. Greci autem et Ruteni dicunt quod expressio ministri scilicet ego non sit de necessitate forme. quia ex eo baptismus efficaciam non habet. Sed persona recipiens est de necessitate forme. quia actus ad recipientem terminatur. Ideo differunt a nobis in forma quantum ad tria. Primum quia personam ministri non expriment ad remouendum dubium primitiue ecclesie que efficaciam attribuebat baptizanti. vt patet prima. Corinthiorum. iij. Secundo quia significat actum sub tertia persona cum optatiuo modo vel coniunctiuo vt baptizetur seruus christi. Tertio personam baptizati in nominatiuo expriment vt dictum est. Utrum ipsi hic mutent

De sacramento.

De substantia forme ita vt oporteat rebaptizare non est determinatum: sed certum est quod nostra forma est melior. hec sanctus Thomas. di. iij. q. ij. arti. j. Et in primitiua ecclesia ex speciali consilio spiritus sancti baptizauerunt in nomine christi propter modum significandi: quod quodammodo secundum Ambrosium. tota trinitas in hoc nomine intelligitur et propter reuerentiam significati vt illud nomen celebre et virtuosum redderet. Cessante tamen hac causa iam non licet sic baptizare secundum theologos. Si quis tamen est baptizatus in nomine christi faciendum esset cum eo sicut in alijs dubijs ex quo non est simpliciter determinatum per ecclesiam tale baptismum non valere: ita quod talis baptizaretur his verbis. Si baptizatus es ego te non baptizo. si nondum baptizatus es ego te baptizo in nomine patris. et filii. et sancti. et idem fiat quando baptizantur ruteni et greci: quod non constat illorum formam simpliciter non valere: presertim cum ecclesia sciat et tolleraret eam nec expresse reprobaret. Quartum quod requiritur ad substantiam baptismi est materia debita. scilicet ablutio per elementum aque in toto corpore vel in parte digniori. Quintum quod illa ablutio fiat ab vno et eodem tempore quando forma verborum exprimitur ita quod vnus verba proferat et eo tempore puerum immergat. Ista autem immersio debet fieri trina vice: nisi necessitas magna suadeat aliud facere. vel si baptizandus esset adultus quod per sacerdotem ter immergi non potest. tunc enim sufficit trina aspersio aque: quod ecclesia in pluribus locis seruat. et in paruulis propter pericula que accidere possunt circa totalem immersionem paruuli. Unde grauiter peccaret qui semel tamen immergeret: quod contra ecclesie consuetudinem faceret. Sciendum autem est quod secundum Iohannem Parisiensem super. iij. dist. iij. et. iij. aquam baptismi non oportet de neces-

sitate esse sanctificatam: quod dominus contactu sue mundissime carnis vim regeneratam aquis contulit. Sed tamen aqua debet esse simplex sic quod non mutetur species aque quantumcumque fiat comixtio. Unde non potest fieri baptismus in lixiuo: vel aqua maris vel sulphurea: vel in aqua expressa munde de luto. Et dico munde de luto. Et dico munde expressa. liquide et apparere sic quod ibi appareat vera aqua. quia aqua bibita spisso luto non potest fieri ueniens materia huius sacramenti. Et huius ratio secundum doctorem subtilem vbi supra est. quia lotio est materia prima vel quasi per se fundamentum vel pars fundamenti istius sanctificationis. Aqua autem est materia remota. Unde aqua imbibita spongie vel spisso luto etiam si tangit carnem: tamen non est conueniens materia ad baptismum: quia talis contactus non est lotio et similiter in glacie non est lotio et in niue eo quod non est aqua fluida lotioni conueniens. Similiter aqua roseacea vel aqua expressa de floribus vel broditum nimis spissum in quo plus est olei pinguedine quam de aqua: nec aqua mixta cum luto multo. Similiter vinum et salua autem et hominis vrina non sunt conueniens materia baptismi eo quod aqua ibi mutata est in aliam speciem. Vbi tamen non tanta transmutatio esset aque sicut in broditio: medone: ceruisia et sic de alijs liquoribus. Dubitant quidam doctores non esse materiam istius sacramenti. Ego tamen oino reprobo in istis liquoribus fieri sacramentum propter defectum significationis. Aqua enim baptismi significat illam aquam que fluxit a latere christi in cruce que fuit vera aqua elementalis et non miraculosa propter significationem baptismi. sic etiam et sanguis verus ibi profudit. Non autem institutionis in isto elemento est ex parte ueniencie

quia est frigida: fluida: lucida: necessaria: et ceteris. Et he omnes proprietates conveniunt homini aqua in qua debet fieri baptismus qui est ad reprimendum fauorem concupiscentie: ad flectendum rigorem inobedientie: ad illustrandum charitatem fidei: ad introducendum viam salutis. Item alia ratio. quia per baptismum ab his malis liberamur. scilicet ab inuidia: ignorantia: et concupiscentia ut patet ex proprietatibus aque. scilicet puritate per quam mundamur. perspicuitate. per quam illuminamur et frigiditate per quam ab estu concupiscentie temperamur. Sit etiam baptismus in aqua ne quem inopia alterius liquoris excusaret. et ne propter defectum periculum salutis homines incurrerent. et ut inueniantur apud omnes christi materia baptismi.

Quod triplex est baptismus.

Primum est sciendum est quod triplex est baptismus. scilicet fluminis qui fit in aqua communi. talis liberat a pena et a culpa et gratiam infundit in habitu et characterem imprimi. Alius est fluminis: qui tunc fit quando quis desiderat baptizari: sed non habet per quem baptizetur talis in fide saluabitur prout determinatum est in decretali. Applicata. et de presbytero non baptizato. et idem patet per Augustinum. lib. de ciuitate dei. et lib. de unico baptismo. et per beatum Ambrosium de obitu Valentiniani. et hic delet culpam et gratiam habet in usu in quo meritum consistit. Tertius est baptismus sanguinis qui fit in martyrio pro christi nomine suscepto ut patet de innocentibus. et quidam dicunt etiam de latrone dextero. Sed non videtur esse verum cum ille non possit dici martyr ex pena crucis: eo quod non pro veritate aut iusticia aut fide christi: sed pro suis sceleribus passus est sicut solus confitetur dicens. Nos quidem digna factis recipimus et cetera. vide-

tur ergo potius quod baptizatus est baptismum fluminis propter confessionem fidei quam habuit ad christum credens eundem deum et hominem esse. et iste baptismus ab omni temptatione liberat et conferat statim premium: quia martyres statim euolant in celum sine retardatione: sicut patet de sancto Stephano dicente. Et ecce celos apertos. Act. vii. Item in hoc sacramento quod est sacramentum tantum. ut est ablutio exterior in corpore. Quaedam res tantum. ut gratia interior. Quaedam res et sacramentum: ut character in anima: et sic qui ficte baptizatur cum proposito peccandi mortaliter nec attritus vel qui errat in articulis fidei. vel qui dicit sacramenta non valere tantum recipit sacramentum et non saluatur. Qui vero desiderat baptizari et non habet per quem. recipit rem tantum et saluabitur. Qui vero recipiunt rem et sacramentum: ut paruuli exterior et interior mundantur: quia recipiunt exteriorem abluitionem in corpore: et impressionem characteris in anima. Est autem character distinctio a caractere eterno impressus anime rationali secundum ymaginem configurans trinitatem creatam. id est hominem: trinitati creati. deo. et distinguens a non designatis secundum statum fidei. et hoc est tantum dicere quod character est quedam qualitas seu signum consignatum christum distinctiuum ab infidelibus et assimilatum fidelibus et dispositiuum ad gratiam. Et talis character est in debili potentie cognitue intellectue in qua principaliter consistit imago ex qua etiam homo habet quod sit homo sicut ex appetitua: habet quod sit bonus vel malus. Et ratio secundum Thomam. di. iij. q. iij. art. iij. quia impressio characteris est per quadam anime rationalis sanctificationem prout sanctificatio dicitur deputatio alicuius ad aliquid sacrum. Ad hanc autem sanctificationem non magis actiue

quid sit character
et cetera

atque de

De sacramento

operatur aia sanctificanda q̄ aq̄ sanctifi-
canda vel oleū vel chrisma ad sui san-
ctificationem: nisi q̄ hō se subijcit tali
sanctificationi p̄ cōsensum. Res aut̄ p̄di-
cte subijciuntur: q̄ libero arbitrio ca-
rent. & ideo qualitercūq̄ aia variet̄ p̄
proprias opationes nunq̄ characterē
amittit: sicut nec chrisma nec oleū nec
panis cōsecratus vnq̄ sanctificationē p̄-
dunt qualitercūq̄ transmutētur: dū-
mō nō corrūpan̄t. Null⁹ aut̄ pōt̄ bis
baptizari: q̄ dñs cōstituit baptismus
irreiterabilem & hoc propter plenam
remissionem taz pene q̄ culpe que fit
in baptismo alias daretur occasio se-
pius delinquēdi. Hec Sco. super. iij.
senten. di. iij. q. v.

De baptismi accidētib⁹.

Consequēter de accidentibus ba-
ptismi restat videre. Sunt autē
octo de solēnitare baptismi q̄ nō sunt
de substantia. &. Sal oleū chrisma ce-
rens chrismale salua. Flatus virtutē
baptismatis ista figurat. Hec cū pa-
trinīs non mutant, sed bene ornant.
Inungitur aut̄ baptizandus in quat-
tuor locis. s. in fronte vt fidem publice
predicet. & hoc fit in confirmatione p̄
ep̄m. In vertice vt agenda facilius co-
gnoscat. Inter scapulas: vt iugus xp̄i
suauiter portet. In pectore vt deum
dulcius diligit. Sed de istis omnib⁹
melius videbitur infra in practica hu-
ius sacramenti.

De cautelis circa hoc sa- cramentum seruandis.

Quinc de cautelis circa istud sacra-
mentum adhibēdis est vtendū.
Primo caueat sacerdos ne in priua-
tis domibus baptizet infante v̄ adul-
tum: nisi esset puer regis vel principis
quibus in hoc defertur. Et hoc intel-
lige preter casum necessitatis alioqn

in necessitate potest baptizare vbiq̄:
vt si puer esset in mortis articulo aut
deferentes haberent inimicicias ca-
pitales. Prout hoc totum notatur in
clementina vnica de baptismo & eius
effectu. Secunda cautela caueat ne
quem coacte baptizet vt iudeum vel
paganum: & hoc si reclamat vel pro-
testatur aliquo signo exteriori suum
dissensum: nam talis nō recipit sacra-
mentum nec cogitur leges christianā
tenere. Si autē metu mortis vult ba-
ptizari ne cremetur vel suspendat̄ p̄
suis excessibus: talis si non reclamat
quāuis intus dissentit vt sacramentū
recipiat: tamē tenetur legem xp̄ianā
seruare. Tertio caueat ne baptizet
amentem vel fatuum seu furiosus: ve-
rūtamen vt dicit sanctus Tho. Amē-
tes a natiuitate recipiūt sacramentū
sicut & pueri: & illi qui incurrunt amē-
tiam ex infirmitate postq̄ habuerūt
vsum rōnis & lucida interualla & ha-
buerunt tunc propositum recipiēdi
baptisma: tunc suscipiunt sacramentū
& rem etiam si actu contradicant q̄n
baptizant̄ in amētia: alias nō. Et sic
intelligendū est qd̄ dicit Augu. iij. cō-
fessionum: de amico suo qui dū despe-
raret baptizatus est nesciens. Quar-
to caueat ne iudeū vel paganū statim
baptizet: nisi prius de fide instruat̄
de cōse. di. iij. iudei: & hoc ne ecclesia
in talibus decipiatur. Et hoc est verū
nisi necessitas aliqua eis immineret.
Quinto caueat quando simul plures
baptizet ne dicat. Ego baptizo vos q̄
grauiter peccaret p̄m Tho. & tamen
essent baptizati. Et ideo cum plures
baptizat ad quemlibet seorsus dicat.
Ego te baptizo &c. hec sanctus Tho.
Si tamē maxima necessitas instaret:
vt si portarentur duo vel tres pueri si-
mul debiles & infirmi quasi agonizā-

tes. et tunc videtur mihi quod possit dici. Ego vos baptizo etc. ne propter dilationem ulteriore pueri morerentur. Sexto caueat ne variet formam per aliquam interpositionem magnam per quam discontinuaret actum hoc enim multum noceret secundum Petrum de tharantasia super. iiii. senten. di. iiii. q. ij. Modica tamen interpositio vel interruptio non nocet: ut si dicat. In nomine patris et tunc forte aliquid impedimentum sacerdoti occurreret: ut si madidaret sibi manica suppellicij vel simile. ita quod diceret ministro. vide ne madidet suppellicium vel sim. le. et tunc ulterius persequeret. et filij et spiritus sancti non viciaret baptismum. Similiter de tulle si accideret tempore prolationis dicendum est. aut etiam de silentio longo inter verba longa. idem intelligendum est secundum Thome. super. iiii. di. iij. q. iij. arti. j. Septimo caueat sacerdos ne in peccato mortali existens baptizet cum solennitate more solito puerum quia peccaret mortaliter secundum Thome. et Petrum de tharan. super. iiii. di. v. q. ij. quavis puer baptizetur in hoc casu. Et baptismus confertur tam per malum quam per bonum ministrum: quia bonitas ministri non est de necessitate baptismi: sed de congruentia. Nec peccat suscipiens baptismum a malo sacerdote tolerato ab ecclesia. Secus est de preciso ab ecclesia: ut ab heretico: scismatico: excommunicato. a quibus nullo modo recipiendus est baptismus nisi in casu necessitatis. tunc enim etiam a non baptizato ut a iudeo vel pagano posset recipi quantumcumque malo dummodo in forma ecclesie redderetur cum intentione videlicet faciendo illud quod facit ecclesia. Verumtamen si baptismus a malo sacerdote tolerato ab ecclesia non vitatur quantum ad sacramentales effectus: tamen a bono sa-

cerdote melius recipitur si haberi potest quod secundum beatum Thome. cum effectu principali potest aliquid addi plus ex merito baptizantis. Ex hoc patet quod danabile et periculosum sacerdoti est morari in peccato mortali ad unam horam: cum semper debeat esse paratus administrandum sacramenta. Sed circa hoc nota quod si in casu necessitatis iudeus vel paganus possit baptizare: non tamen possit lavare de fonte secundum Thome. Ratio quod in primo casu baptizando potest tenere vices dei cum sit eius creatura: sed in secundo non quia non est membrum ecclesie. nec etiam aliquam cognitionem spiritualem contrahit cum sit expertus spiritualis gratie. hec Thome. super. iiii. di. vj. q. iij. arti. ij. Octavo attendat ut habeat circa baptizandum actualem intentionem baptizandi: et maxime cum dicit verba essentialia. Tamen si tunc non haberet eam et tamen prius habuit eundem ad baptizandum sufficit. Ex quo patet quod furiosus aut ebriosus non potest baptizare. Et dico de ebrioso carente usu rationis qui talem intentionem non habet nec actualem nec habituales que est necessaria iuxta illud. Accedit verbum ad elementum et fit sacramentum. Ita secundum Bonaventuram in. iij. di. iij. q. j. arti. j. in si. principalis. ad hoc quod verba ordinentur ad effectum assignatum necessarium est intervenire intentionem ministri qui intendit in illo actu et verbo dare talem effectum: vel saltem quod ecclesia facere ordinavit. vel saltem quod christus instituit dispensare alioquin verba et elementum ut sic distincta non faciunt sacramentum. Hoc autem pro regula habendum est quod ad omnem sacramentorum dispensationem necessarium est habere intentionem actu vel habitu. explicitam vel implicitam

De sacramento.

¶ In Tho. in. lxxij. di. vi. q. ij. arti. j. Ho-
no caueat quilibet ne puerum antequam na-
scatur de utero matris baptizet. Et hoc
si puer ad omnes partes eius est in utero ma-
tris integer et totus: quia sic non potest aqua
eum attingere immediate: nec potest lauare
ibi existeret. Si autem appareret principalis
pars. puta caput tunc simpliciter bapti-
zari potest quia iam potest aqua aspergi. Si autem
appareret pars minor principalis sicut
manus vel pes illa etiam esset baptizanda
quia in illa parte est tota anima licet non omnes
sensus ut in capite. et postmodum potest
baptizari si nascatur uiuus sub conditione.
Talis tamen puer si nasceretur mortuus se-
peliretur in cimiterio secundum doctorem sub-
tilem. di. lxxij. q. j. arti. ij. Et idem tenet
Joannes parisiensis. di. lxxij. Similiter dicitur
duz est de illo circa quem diminuta est
forma ecclesie necessaria et necessitate
instanti. Talis enim sepeliretur in
cimiterio. quia pie creditur quod summus
sacerdos suppleret secundum Petrum de
tharā. di. lxxij. q. ij. arti. j. Decimo caue-
at ne matrem infirmam vel morientem
diuidat in qua puer uiuit. quia sic homici-
dium committeret quis quis hoc face-
ret. non sunt enim facienda mala ut ue-
niant bona. ad Roma. lxxij. Ideo cau-
tius dimittat perire infantem cum ea
quam ipsa pereat secundum dominum Petrum ubi
supra. Si tamen mater mortua esset iam per-
fecte. tunc potest et debet eam facere diuis-
dere. et puerum inde extractum baptiza-
re. alias non. Undecimo caueat ne mor-
strum non bene prius diiudicatum an
sit unus homo vel duo vel an habeat unam
animam vel duas baptizare festinet.
Nam si sint duo capita: duo colla: et
duo pectora: et per omnes erunt duo cor-
da: et ita baptizandi sunt duo et quilibet
seorsus. Si autem non est certum quod sint due
anime tunc primo baptizandus est unus
et postea alter sub conditione dicendo.

Si tu es baptizatus non te rebaptizo:
sed si non es baptizatus ego te baptizo
in nomine patris et filii et spiritus sancti.
Et tale monstrum dicitur fuisse in fra-
cia duo capita habens quorum unum expres-
sit uelle de eo de quo alterum expres-
sit nolle. unum enim uoluit continere et
sobrie uiuere: et aliud lasciuiri et epu-
lari. et cum unum per os suum excederet: aliud
se grauari clamabat ita refert doctor
subtilis. di. vi. q. j. arti. iij. Duo decimo
caueat ne crismate antiquo baptizet:
quia puniſ sacerdos hoc faciens de con-
secratione. di. lxxij. si quis de alio. Et de
sententia. excōi. in capitulo. Qm. libro. vi.
Ubi dicit glosa finalis dando rationem
quia uetus crisma non debet in esse uſui.
nec de illo debet quis crismari. Et
deponitur sacerdos qui de illo anti-
quo crismate ungit baptizatum nisi
in mortis articulo. Unde omni anno
nouum crisma debet confici et anti-
quum cremari de cōse. di. lxxij. litteris.
Sit autem diligens sacerdos inter omnia
ne puer decedat sine baptismo ut si iam
incipit canonem misse et uiderit puerum
morientem sine baptismo: potest eum
baptizare. de consecratione. di. j. Inul-
lus episcopus. in glo. penul.

De cathecismo et exorcismo.

Restat nunc ponere practica ma-
nualem circa huius sacramenti
dispensationem. Est autem primo sciē-
dum quod cathecismus et exorcismus
debent precedere baptismum quan-
do solēniter confertur. Exorcismus ve-
ro dicitur illa sonatio oronum per quas
expellitur diabolus et adiuratur ut recedat
a puero. de quo dicit Tho. quod valde con-
ueniens sit ipsum premitti ante bap-
tismum. Quia hoc signant ea que ponuntur
in baptismum. Recede ab eo sathana.

zē. Ipse etiā exorcismus debilitat potestatem demonis ne tñ possit in hoie sicut ante: ne baptismū z alia bona ī ipso impediāt. Sed ptās predicta totaliter tollitur in baptismo sicut etiā pharao prius est flagellat⁹ pplo nō dum de egypto egresso. z postea totaliter in mari rubro (qđ est figura baptismi) submers⁹. Et sic bñ dī: qđ exorcismi sunt instituti propter energuminos. i. intus laborātes per infectionē fomitis videlz cōtra diabolum in eis ptatē habentē. hec Tho. di. vi. iij. ar. i. z. ij. Est autē cathecismus. fm Tho. instructio ante baptismū in illis que sunt cōmunia. z dicūtur fidei rudimēta ad que credēda oēs explicite tenentur sicut est fides trinitatis: incarnationis z passionis dñi: iudicij: z puidētie dei de factis hoim. De alijs autē dōbet instrui post baptismū. Unde etiā fm Tho. in adulto requirit⁹ vt per se catholicizetur z christianam religionem p̄fiteatur. Cathecizatur autē ad hoc adultus qui ad fidem vocatur. vt ad quam vocatur proprio moueat volūtatis arbitrio. Hinc est qđ cum baptizatur ruten⁹ vel paganus adultus: non patrini sed ipsemet pro se ad interrogata respondeat sacerdoti. hui⁹ cōtrarium seruatur in mazonia in polonia. z satis male.

De modo baptizandi.

Postqđ igitur puer debeat baptizari sacerdos non permittat nisi vnum vel vnā feminā in patrilos p̄ ut determinatū est de cognatione spiritali quāuis. li. vi. de conse. dist. iij. Non plures. Alibi tñ consuetudo obtinet: qđ si puer mascul⁹ debeat baptizari: tūc duo viri z vna mulier in patrilos admittantur. Si vero femina: tūc due mulieres z vnus vir in patrilos

admittantur. z illa est satis tollerabilis cum honestatem quādam z vrbānitatem contineat. Deinde autē ante fores ecclesie sacerdos statuatur p̄rinos: vt si puer est masculus: teneat eū vir. Si vero femina: teneat eam mulier. z isti duo stant iuxta se. Alij vō possunt stare in ecclesia. vel iuxta qui pueruz conduxerunt. nec pro ipso respondeāt sed p̄nt omnia attendere dūmodo nō tangant puerum. Statuat autem sacerdos puerum ad occasum solis solus autem stet ad orientē. Quo facto sufflet in faciē eius: z dicat illuz exorcismum. Exi immunde spūs: z da honorem deo viuo z vero zē. que cōtinētur in agenda. Iterum statim dicat. Recede ab eo diabole zē. Flatus autē ille siue exsufflatio debet fieri ad occidentem: vt patet fm Tho. Et significat spiritus maligni expulsionē z boni introductionem. Post hoc faciat crucem in fronte eius dicens. Signū saluatoris domini nostri iesu christi in frontem tuam pono. similiter in pectore aliam faciet crucē dicens. Signū saluatoris dñi nr̄i iesu xpi in pectus tuum pono. Et demum coniunctim sub vna p̄latione faciat vnam crucē in fronte z aliā in pectore dicens. Accipe signaculum sancte crucis tam in frōte qđ in corde zē. Et quid ista signatio significet: statim in predicta ostenditur oratione cum dicitur. Sume celestium preceptoruz fidem zē. per qđ denotatur qđ ad hoc in pectore signatur qđ in preceptis dei suscipiendis acceptus efficiatur. Et in fronte vt leta facie dei culture existat aptus. Demū sequit⁹ oō. Preces nr̄as zē. in q̄ tunc dī. Et hūc electū tuū crucis dñice cuius imp̄ssioe eum signamus in virtute custodi. Et fiat crucis signatio sup totū pueruz. Inde sequit⁹ oō. Om̄ps

no

De sacramento.

Sempiternus deus etc. Circa quā querat prius sacerdos de nomine infantis dicēdo. Quis dicit vocari? Et postquē illi dixerit. *M.* ille statim persequat incipiendo orationē dicens. Omnipotens sempiternus deus pater dñi nri iesu xpi respicere dignare sup hūc famulū tuū etc. Non est aut opus cū venerit ad locū proprii nominis in aliqua oratione quæ requirat paternos dicēs: quō vocat. et hoc propter incongruitatē quæ ibi cōtingeret et improprietatē locutionis. *M.* oratio quæ requirit dici propriū nomen in accusatiuo casu: et patres respondēt in nominatiuo: quod est magna absurditas: sicut patet cuz dicitur respicere dignare super hunc famulū tuū. *M.* et si patres responderent in nominatiuo dicēdo. *M.* magna esset incongruitas. dicat aut sacerdos solus variando nomē vsq; ad fontem secundū exigentiam orationum puterit expedire. nec toties quoties occurrat nominatiuo requirat paternos: sed solus nominet in latino propter absurditatē predictā. Orationes autem iste sunt pro puero: vt gratia pueniat et subsequat quæ vires prebeat libero arbitrio. et quæ procul fiat vniuersa maligni spiritus illusio. Signat puer in fronte: in pectore: in oculis: in naribus: in ore signo crucis. cuius virtute victus est diabolus et exaltatus est xps. *Uñ abacuch. iij.* Cornua in manibus eius sunt: ibi abscondita est fortitudo eius. Hoc signo mununtur totius corporis sensus: cuius virtute oia sacramenta cōplent: et oia diaboli signēta frustrantur. Sicut enim cum primogenita delerent egypti populus hebreorum signatis postibus domorum suarū sanguine agni paschalis in typo dñice passionis saluatus est. Populus vero egyptiorum qui hoc caruit signo in suis primogenitis grauitate percussus est.

sic apud Ezechielem hierusalem ab imminere clade liberanda esse permittitur: si thau que figurā crucis exprimit in frontibus gemētibus atq; dolentiū signaret. Deinde ante quæ sal ponit in os pueri recepto sale simplici et modo benedicat ipsum specialiter per illā orationem. Exorcizo te creatura salis in nomine dei patris omnipotentis et in charitate dñi nri iesu xpi et in virtute spiritus sancti etc. faciendo signa crucis ad inuocationē cuiuslibet persone sancte trinitatis et compleat vsq; ad finem. Nec credat quis posse sufficere sal illud ad exorcizandum puerum quod benedicti die dñico ad benedicendum aquam: cum illud speciale officiū habeat et distinctum ab isto. Et ideo caueat sacerdos ne cuz illo sale cū quo die dñico aqua exorcizatur ad baptismum vadat: sed ipso die dominico in alio cypho benedicat sal pro benedicenda aqua et in alio pro exorcizandis infantibus ante baptismum. Cum autem compleuerit orationem dictam et sal benedixerit recipiat sal et ponat ad os pueri dicēs. Accipe sal sapientie: et sit tibi dominus propicius in vitam eternam amen. *Pos*nat tamen sal in os pueri pulchre et modeste nō cū vehementia sicut quidam solēt ponere: ita quod puer cogitur flere propter duram impressionem salis quod est abominabile. Seruanda est namq; maxima urbanitas et honestas in sacramentorum collatione propter deuotionem populi excitandam et reuerentiā sacramentorum a populo impendendam et exhibendam. Significat enim salis immissio gratiam et sapientiam peccatorum putredine preservatione. Consequenter proficiantur orationes solite que habentur in agenda. et prouideat sacerdos eas correcte dicere. Et quia speciales

sunt orationes super feminas et specialiter super viros: ideo singulis singulas adaptet. Que autem sunt super utrosque illas proferat super utrosque indifferenter. Deinde sequitur euangelium secundum Mattheum. Oblati sunt iesu puuli etc. quod sacerdos dicturus deponat mitram: similiter paternos deponere faciat. In legendo autem imponat manus infanti ut precludat diabolo expulso viam ne redeat. Et hoc idem signant benedictiones et crucis signationes superius premissae. legat autem pretermittendo dominus vobiscum. Quo facto faciat orare. Pater noster et Credo ipsos paternos. demum dicat illam orationem. Nec te lateat sathana etc. Quo facto recipiat mundos pulveres et terre et miscens sputo faciat indelutum in manu sinistra. recepto eo duobus digitis. scilicet pollice et indice dextre manus tangat autem pueri dicens. Effeta quod est adaperire. Et cum subiuerit in odorem suavitatis. tunc tangat nares. Caueat autem ne faciat lutum grossum et astantibus abominabile. sicut quidam facere consueverunt. emittentes per sputo quicquid flegma spumofum ex ore indicentes horrorem astantibus. De signat autem sputi et salive immissio sensus tactus auditus et aliorum sensuum spiritualium apertionem vel signat impedimenti remotionem ipsius demonis respectu fidei docendo vel discendo.

Post hoc sacerdos introducat puerum in ecclesiam dicens. Dominus custodiat introitum etc. dans ei per hoc potestatem intrandi ecclesiam et annumerando eum consortio fidelium. quo ad hoc videlicet ut possit orare cum fidelibus in ecclesia si est adultus. Etiam in missa dum tamen talis sit exorcizatus etiam si non esset ulterius secum processum non tamen posset audire to-

ta missam: sed nisi usque ad sursum corda. sicut et cathecumini. Tunc sacerdos accedens ad fontem querat a patris nominando puerum dicens. **N**. abrenuncias sathane. Et illi respondent abrenuncio: et iterum dicit. Et omnibus pompis eius. Ille respondet: abrenuncio. Hoc autem fit ideo ut prius abrenunciet errorem: et sic approximet ad veritatem. iuxta illud apostoli. Depone veterem hominem secundum conversationem pristina abnegantes omnem impietatem et secularia desideria: deinde querat iterum. Credis in deum patrem omnipotentem etc. et ter respondent patris. credo. et sic de singulis articulis fidei specificando distincte et interrogando. Et licet duodecim sunt articuli fidei in simbolo de quibus omnibus deberet querere et interrogare sigillatim sufficit tamen si plures articulos simul coniungat et de ipsis simul querat. et ita sufficit si totum symbolum sex vicibus vel octo percurret interrogando. Interrogatio autem ista debet esse in vulgari et non in latino: quia tunc patris laici fidem profiteantur pro baptizando puero. Est autem sciendum quod si adultus baptizatur licet patris ipsum teneant: tamen ipse solus debet respondere non patris ad interrogationem fidei et abrenunciationem supradictam cum habeat usum liberi arbitrii. Hoc autem symbolum traditur baptizandis tanquam noue vite auditoribus: per quam professionem incipit in eis mori vetus homo: et per fidem nouus viuere qui secundum deum creatus est in iusticia et sanctitate veritatis. Tandem sacerdos accepto oleo sancto ad hoc disposito quod vocatur oleum cathecuminoz referens puerum ex velamine suo: et denudans eum vngat eum prius in pectore: deinde in sca-

De sacramento

pulis dicens. Ego te in oleo oleo salutis in christo iesu dño nro: z tādē sub iugat. Pax tecū: z cleric⁹ assistēs rñdeat. Et cū spū tuo. Ista autēz inunctio olei significat hoīs expeditionē quā suscepit aduersus diabolu in pugna. fit em̄ in signū pugne cōtra inimic⁹ sicut athlete inūgunt̄ s̄m Tho. vel s̄m Petrū de tharā. signat legis del amorē p hoc q̄ fit in pectore vbi ē locus cordis. Per hoc autē q̄ fit iter scapulas designat deuotā subiectionē. Ungit̄ autē in pectore ne hostis ei immunda psuadeat desideria. Inter scapulas vbi ē vigo: portādi onus q̄ fortitudinē accipiat ad portandū pōdus diei z estus. Ungit̄ etiā in pectore vt vigeat i eo sapiētia. Ungit̄ etiā i humero dextro qd̄ exercitijs bonorū operū i deficiēs fuerit paciētia. Neq̄ em̄ nouerit sinistra quid fecerit dextravestra. Math. vi. Sed qz in humeris vigo: constat portādi onera huius ptis vnctione xp̄i athlete dedicātur vt sciānt se esse ad certamē vocatos per totum vite sue cursum cōtra antiquum hostē publicis ac priuatis cōgressib⁹ pugnāturos. Uel s̄m Raba. in li. de institutione clericorū. Pectus vngit̄ q̄ nulle reliquie latētis hostis in eo resideāt: sed in fide trinitatis mēs ei⁹ cōfortē. Itē inter scapulas vt vndiq̄ munitat̄: z ad bona opa faciendī p dei grām roborē. Deinde oib⁹ his rite pactis q̄rat sacerdos a patrinis infan tē tenētib⁹: z si fuerit adult⁹: tūc ab ip̄o tomet adulto q̄rat dicens. Quis vocaris: z ille rñdeat. R. Tandē sacerdos querat. Uis baptizari: z ille rñdeat. Uolo. Hoc autē faciat ter ppter hoc vt constet de ipsius volūtario pposito baptizandī: z ne coactus baptizari videatur: z tūc sacerdos recepto puerō ad manum sinistram: denudato eo

toto si est in estate: si vō in hyeme denude t̄m ipsi⁹ caput patenter z manifeste vsq̄ ad ipsi⁹ scapulas tenēdo eū supra fontē si est infans. si vero adultus. tunc solū inclinato capite in fontē ter dicta distincte z exp̄sse habēdo itētione ip̄m baptizādī. Et ego te baptizo: in noie p̄ris: z tunc faciat manu dextera p̄mā aque in capite pueri p̄fusionē. Statimq̄ p̄sequat̄ dicens: z filij: faciēdo scd̄am p̄fusionē in capite pueri sicut prius. z deinde subiūgat. z spū sancti faciēdo s̄luter tertiā p̄fusionē seu abluōne. Quā q̄dem immersionē recipiēs hō a sordib⁹ vetustatis ipsius exutus: z aliū nouum hoīem induit⁹ triduanus xp̄i sepulture consepelitur. Unde ait ap̄ls. Qui cūq̄ baptizati sumus zc. Ambrosius autē in libro de sacris dicit q̄ trina interrogatio ante baptismū z trina immersio in baptismo significāt triplcē lapsus p̄c̄i q̄ ibi abluūt scz cogitatiois locutionis z opis. ideo etiam fit trina confessio. Ista em̄ forma obseruanda est a vetulis in necessitate baptizantibus: z p̄ curatores sepi⁹ p̄dicāda. Nā cōperit̄ z inuenit̄ in prochia mea q̄nq̄ multa sup̄sticiosa z vana his v̄bis addit̄ ea mirabilr variari. Quidā em̄ p̄ferunt sola ista verba sine asp̄siōe aq̄: credentes sufficere solā p̄lationē verborum. Quidam autē solo sale puerū cum his verbis tangunt. Quidam vero formā verborū mutāt dicentes. R. Ego te baptizo in noie dei amē. Quidam autē dicūt in noie oīpotentis dei amen. q̄ oēs forme enormes sunt. nec aliqd̄ operant̄. Sed hic querit̄ cuius sunt ista v̄ba cū dicūt patrinī interrogati. abrenūciat̄ sathane: rñdēdo. abrenūcio. vel credis in deū. z illi respōdent credo. videtur enim cuiuscunq̄ sint q̄ mentiri videatur ille qui res

spondet. Si enim sunt ex persona patrisini mēitur. qz nō habet in cōscien-
tia q̄ ipse baptizetur. Si autē p̄ puero
dicuntur nihilominus mēitur patrinus
cū puer sit nullius voluntatis cōpos:
vt patet eo q̄ dum imergitur recalci-
trat. Ad qd̄ dicendum est q̄ patrinus in
persona sui loquitur. Quod autē respo-
det credo zc. tñ est ac si diceret. talē
fidem habeo per quā hīc saluari pōt.
Lū simpliciter respōdet. volo bapti-
zari. sensus est in fide mea quam ego
teneo baptizetur. Seruātur tñ verba
ipsius pueri ex idēitate verborū pa-
trini: vt idēitas verborū ad puerum
notetur. Unde dicit Bonauctura q̄
qñ respondetur in persona paruuli
Credo. nō est falsus sermo vel incō-
suetus: qz s̄m Augustinū frequenter
signū accipitur pro re. sicut dicim⁹.
Cras erit resurrectio dñi. Et videns
fumū: dicit se videre ignē. Cū sensus
est. credo. i. sacramentū fidei recipio
vel recipere paratus sum. idest ad cre-
dendū me obligo. Dicit etiam iste do-
ctor: q̄ patrinus postea tenētur puerū
docere in hīs q̄ sunt de fide vel de bo-
nis moribus si nō habet alios docto-
res v̄l parētes: nūc autē ex quo habēt
parētes catholicos et visitāt ecclias
ibi potius doceantur: z sic patrinus ex-
cusantur. Notandum etiā q̄ qui vult
esse verus patrinus nō solū debet rñde-
re verba solita sed etiā tāgere puerū.
vñ respōsio non est de necessitate seu
essentia cōpaternitatis spūalis: sed
tentio seu leuatio. Potest etiā cōpa-
ternitas cōtrahi per procuratorē q̄tū
ad amicitia: sed non q̄tum ad compa-
ternitatis spūalis vinculū. vñ so-
lus procurator est verus cōpater: et
nō cōstituens procuratorem. vt habe-
tur de procuratoribus. c. fina. lib. vi.
Deinde sacerdos accepto sc̄to chris-

mate ungit puerū in vertice idest in
in sūmitate capitis dicens orationē
que sequitur. Deus omnipotens pa-
tionē. j. q. j. qui a symoniacis. Dicit tñ Tho. scda scde. q. viij. q̄ si esset symoniacus alia ex causa possēt ab eo recipere ordines dummodo sit occultum: quia talis ep̄iscopus nō est suspēsus ad alios: sed ad se tñ. Quinto caueat ordinādus ne tēpore ordinationis sit in pctō mortali. naz mortaliter peccaret di. xl. multi. Et idē sanctus Tho. in. liij. dist. xliij. Nec talis potest vti ordine sic suscepto fm ip̄m: q̄ facit cōtra preceptū illud Deutero. xvj. Iuste qd̄ iustū est exequaris. Cū talis quotiens talē actū exercet semper peccat mortaliter. Dicit tñ Tho. ibidem. q̄ subdit⁹ hmōi ordinati in peccato mortali tenetur ab eo recipere sacramētū si est occultū: z hoc quādiu toleratur ab ecclia. Tñ dicit idē. Non est tutū talē ad aliquē actū sui ordinis exequēdū inducere durāte conscientia q̄ iste sit in pctō mortali: quā tñ deponere posset: q̄ in instanti homo posset a diuina gratia emēdari. Sexto caueat clericus ne ordinetur sine examine alias dicitur furtiue ordinatus fm Hostiē. vt lxiiij. dist. extra cōsciētiam. nec prosunt ei formatorie. si tñ est dignus et notus nihil obest: quia tales nō sunt examinandi. Archi. xliij. dist. c. null⁹. Sed si est indignus deponi debet. de corpore vitiatas. Exposuisti. Si etiā sit ignotus quāuis dign⁹ deponi debet. xliij. dist. c. vlti. z multo fortius si est indign⁹. l. di. ex penitētib⁹. Debet etiā cōfiteri publice ep̄o suo crimina seu notoria impedimēta iuris vel facti. vt ibidē dicitur. Si autē subticet talia etiā post penitētiā impediūt executionē. Nec etiā suscipiat aliquē ordinem superiorē obmisso inferiori: quia hoc est per saltū promoueri. Et talis debet deponi: si hoc faceret ex malicia: secus si ex ignorātia vel negligentia.

di. xlviii. sicut olim. Ex dispensatione tñ ep̄i ad obmissum ordinē p̄t p̄mo: ueri. sed in suscepto p̄t nō ministrabit. Datur aut̄ gratū faciēs in hoc sacramēto que necessaria est nō solum ad digne suscipiēdum sacramētum: s; etiā ad digne ministrandū s̄m Tho. et Petrum in. iiii. dist. xxiiij.

De sacramento matrimonij.



Propter fornicationē habeat q̄sq; vxorē suā. i. ad Cor. vii. et. xxij. q. ij. cap. bis ita. Licet matrimonij in statu innocētie sit institutū i officij nature. hoc est in propagationē & multiplicationē prolis ad dei cultum: quia tñ natura lapsa viciata est ex originali pctō. adeo vt falcē propriā in messem non vereatur mittere alienā: querens indifferenter quācūq; femina cum qua fornicationis expleat pctm̄. Ideo magnus doctor gentium predicator: & rector prouidēs de remedio dicit: vt p̄pter fornicationē euitā: dā vnus quisq; habeat vxorē suā: p̄ qd̄ dānat pctm̄ fornicationis & cōmēdat statū matrimonij cōiugalīs. In q̄b; verbis primo ap̄lus suadet vitare fornicationē. ibi p̄t fornicationē sc̄do cōsultat remedij adhibitionem: q; habeat vxorē suā. Per primū dānatur error illoꝝ qui dicūt simplicē fornicationē nō esse pctm̄: allegātes sc̄tos patres sc; Abraham Jacob David & alios qui habeāt concubinas. nec tñ illa fornicatio imputata est ad pctm̄. Quib; r̄ndetur s̄m Tho. in. iiii. sententiā di. xxxiiij. q. iiii. quia quelibet fornicatio extra matrimonij q̄ tollit debitā ordinationem parētis ad pro-

lem quā natura cōcubitu intendit est peccatum ideo secundum ipsum sine dubio simplex fornicatio est peccatū mortale etiā si lex scripta non esset. quod est multum notabile. Ubicūq; autē legim; aliquos patres habuisse cōcubinas. illud fuit p̄ speciali disp̄satione spiritus sancti. & ad designandum aliquid. Hoc enim q; filij Jacob ex liberis & ancillis fuerūt heredes: designat qd̄ christo i baptismo nascūtur filij & heredes bonos & malos ministros. Sic etiā alia omnia in predictis patribus ad mysterium pertinent. vt habetur latius. xxxij. q. iij. c. i. ij. & iij. De quo cul placet sufficienter informari videat notata mea sup̄ p̄cepto. scilicet non mechaberis. Per sc̄dm dānatur bigamia cum dicitur habeat vxorem suam. si sic vnus tantum non plures simul. Unde saluator repetēs illud Genesis. ij. Erūt duo in carne vna. Matthei. xix. dicit. Itaq; iam nō sunt duo: sed vna caro.

De sponsalibus hic prius agitur.

Circa istud sacramentū primo videndum est de substantialibus. secundo de accidentalibus. tertio de cautelis. Quantum ad primū sciendum q; quedā sunt accidentalia matrimonij. sc; sponsalia. & ideo de ipsis primo videndum est: secundo quid sit matrimonij. tertio que requiruntur ad matrimonij. quarto que impediunt ipsum. Quātum ad primū sponsalia s̄m Franciscum de sarabellis sup̄ rubricā de spōsalib; sic diffiniuntur: sūt futurarū nuptiarū seu matrimonij promissio. Et diffinitio illa trahitur ex canone. xxx. q. v. nostrates. Dicuntur a spondeo. des. quia vt dicit

De sacramento

Caspar de caldaris. q̄ olim sp̄sūs z sponsa mittebāt cautiones quib⁹ sp̄s debāt se i iura matrimonij cōsentire: z fideiussores dabāt quib⁹ id se obseruatos obligabāt. Quandoq; etiam sponsalia dicuntur matrimonij: s; tūc debēt intelligi si sunt sp̄salia de presenti. Et sunt sp̄salia quattuor modis. Primo nuda promissione: vt cū dicitur: promitto te ducere in vxorem. Secūdo datis arris sp̄salijs: vt pecunie vel alterius rei. Tertio anuli subarratione. Quarto interueniēte iuramēto: vt cum alter alteri iurat dicens. Juro q̄ te in vxorē ducere volo. Quomodo cūq; ergo quis istorū quattuor modorū promittit ducere aliquam: z post ea non curat: peccat mortaliter. nisi legitimū impedimētum interueniat. Sciendū tñ q̄ si sponsi sibi inuicē displicent z dissentiūt: si sponsalia nō fuerint iurata: p̄nt se mutuo absoluerē. Unde notāt doctores in. ea. preterea de sp̄salib⁹. vbi inter ceteros Jacob⁹ de alberga notat: q̄ qñ ecclesia videt qđ sponsi sibi inuicē displicēt debet dissimulare: id est nō debet cogere sponsum z sponsam ad pficiēdū matrimonij propter malū q̄ posset inde prouenire: scz vxoricidij vel mutua adulteria cōtrahētij. Et hoc placet Caspar. Si autē tantum alter dissentit: dicit Goffredus q̄ ex quo alter dissentit dissentiēs precise cōpellitur donec in eodez statu permanet: sed si cū alio contraxerit per verba de p̄nti cessabit coactio. Idem vult Innocē. ti. de sponsalib⁹. An autē sp̄salia iurata possunt mutuo partiū dissensu dissolui: licet antiqui doctores dubitent de hoc. moderni vero doctores expedierunt istū casum. Glincen. in. c. preterea de sp̄salibus. ponit distinguēdo an iuramentū dirigatur in

deum: an in hoīem. Primo casu nullus potest absoluerē nisi deus. Secūdo casu hō cui iuratur potest absoluerē. Tunc autē dirigitur in deū s̄m Joan. an. quando is qui iurat magis intendit placere deo q̄ hoīb⁹: siue sit in faciēdo aliqd meritorij siue in abstinēdo ab aliquo illicito. Exēplum primi. iurauī abbati intrare monasterium: hoc enim tantū deū cōcernit non abbatem. Unde abbas non potest me absoluerē a iuramēto. Similiter iurauī non occidere hoīem zc. Ad hoīem autē tunc dirigitur: si iurauī tibi scribere librū. ad hoc em̄ tu potes me absoluerē: qz te solū cōcernit hoc opus. Licet enim omne iuramentum cōcernat deū principalr qz per religionem promittitur: tñ qz cōcernit cōmodum eius cui iuratur: potest ab eo dimitti. de iure iurando. c. j. Item etiam tenet Caspar dicens q̄ sponsalia etiā iurata mutuo dissensu tollūtur. quia sublata obligatione sublatū est iuramentū. sicut dicitur de statuto z iurato. z notatur de prebendis dilecto. Facit ad hoc regula. qđ fauore. lib. vi. Et notatur. xxxj. q. iij. c. j. in glosa penultima: vbi dicitur q̄ parentes sicut possunt frangere sp̄salia filiorū: sic z iuramenta remittere. Concludo ergo et dico s̄m Franciscum de Sarabellis. q̄ si aliquis iurat sponse eius intuitu potest sponsa ipsum absoluerē. secus si intuitu dei seu ob pietatem: vt cū sp̄sūs esset diues. et sp̄sa pauperrima. Tamen dicit Franciscus q̄ etiam in hoc casu potest euz sp̄sa absoluerē: quia licet iurauit intuitu dei. tamen ex quo cōmodum cōcernit sponsam: ipsa potest remittere predicta: z sic generaliter obseruatur. Mas ecclesia se non intromittit de sponsalibus de futuro: nec ad instantiā alterius partis.

Ambobus ergo dissentientibus etiā si iurassent mutuo se possunt absolue-
re. Et nota q̄ etas seu tēpus cōtrahē-
di sponsalia vtrobiq̄ est septenium.
Unde sponsatio q̄ fit in quinq̄ vel in
sex annis nulla est: vt desponsatione
impuberū. litteras. Nam ex talibus
spōsalib⁹ inducitur publice honesta-
tis iusticia. Est aut̄ publica honestas
fm̄ Franciscū in. c. iuuentis. de spōsa-
libus: impedimētum quod nec ex cō-
sanguinitate: nec ex affinitate proce-
dit. sed ex quadā honestate q̄ in matri-
monij cōsiderāda est: vt ille qui pri⁹
cōtraxit spōsalia cū aliqua: ipsa mor-
tua non ducat aliam cōsanguineam
ipsius infra quartū gradū. vt in. c. ad
audiētiam: vt de spōsalibus. c. j. li. vi.
Ratio aut̄ huius cōstitutionis est: qz
experientia docuit graues rixas ⁊ ini-
micitias inter consanguineos oriri.
quādo vni despōsatam aliquis de cō-
sanguinitate spōsi procurat habere.
Similiter quādo quis cōsanguineaz
sponse sue ipsa mortua cū qua nōdū
perfecerat matrimoniu vult ducere:
nō est honestū: cū per hoc quasi duo
consanguinei videntur vni mulieri co-
pulari: quod honestas prohibet. Cle-
rū tamen ius commune est: qz si quis
despōsat puellā ante septem annos
si interim ipse moritur potest eā fra-
ter suus ducere. Similiter si morere-
tur illa puella ante septimū annum:
vir duceret eius sororē aut matrē. Et
hoc totū habes de desponsatione im-
puberū. litteras. ¶ Sūt aut̄ octo ca-
sus in quib⁹ soluūtur spōsalia. Pri-
mus si alter sponsor post despōsatio-
nē trāseat ad religionē: qđ etiā pōt
facere cōtracto matrimonio ante co-
pulā carnalē: tunc em̄ mulier potest
alteri nubere quasi post mortē viri:
qz religio ē quedā mors scđm Tho.

in. iij. di. xxvij. q. iij. Scđs quādo spō-
sus se absentat per longum tempus
sponsa cum quo alio potest contrabe-
re. Tertius si alter eorum incurrat le-
pram vel paralīsim. Quart⁹ si super-
uenerit affinitas: vel quia spōsus co-
gnouit consanguineā sponse. Quint⁹
si mutuo se absoluūt. Sextus si alter
eorum fuerit medio tēpore fornicat⁹:
quia tūc redditur alteri suspectus de
fide postea seruāda. Septimus si spō-
sus cum alia contrahit per verba de
presenti vel etiā de futuro cum copu-
la carnali. Si tamen contrahit cum
prima sine iuramento cum scđa cum
iuramento debet adherere prime: et
penitere de periurio. Octauus quan-
do quis impubes contraxit spōsalia
et venit ad etatē adultam: ⁊ petit ab-
solui a vinculo sponsalium: ⁊ sibi da-
ri licentiam nubēdi. In omnib⁹ autē
istis casibus debent sponsalia aucto-
ritate ecclesie absolui preterq̄ in pri-
mo et quinto ⁊ sexto. in quibus soluū-
tur ipso iure. Addit etiam nonum ca-
sum Hostien. s. si fama est qz inter eos
est canonicum impedimentum.

De diffinitione matri- monij.

Consequēter de matrimonio sciē-
tū qđ ipsum sic diffinitur. Matrimo-
niu est viri et mulieris coniunctio
indiuiduam consuetudinem vite recte
tenens Ista diffinitio traditur. xxvij. q.
ij. cap. j. Per hoc quod dicitur viri et
mulieris excluditur vir cum viro: vel
mulier cum muliere: vel vnus viri cū
multis mulieribus: quia talis coniū-
ctio non causat matrimoniu: sed pec-
catum. Dicitur etiam coniunctio: sci-
licet amoris: ⁊ matrimonialis. Dicitur
etiam indiuiduam vite consuetu-
dinem retinēs: qđ est tantū dicere qz

De sacramento

neuter eorum absq; alterius cōsensu pōt continentia profiteri vel orationi vacare: nec se alteri copulare: s; sibi inuicē seruare fidē z debiti redditiōnē mutuam. Similr debēt eis mutuo de necessitatib; prouidere z subuenire inuicē. Et hoc intelligendū est totum de matrimonio copula carnali consummato. quia non consumatū tali copula potest separari per ingressum religionis vt de sponsalibus. cōmissum. Intelligitur etiā hoc de matrimonio fidelium: quia matrimonium infidelium potest separari altero transeunte ad fidem. Ratio autē beati Tho. in. iij. dist. xxiiij. q. j. Quare cōiunctio matrimonij est inseparabilis vsq; ad mortē inter hoies: z non inter alia aialia est hec. Quia aliorū animalū filij pāt sibi victū statim habere vel saltim ad eorū sustentationē vnum sufficit: sicut est de vacca equa asina z similibus: et ideo ibi nō est certa cōiunctio certi masculi ad certam feminā nec etiā necessaria diuturna coniunctio eo q; femina in eis sufficit ad educandum foetū sine masculo. In his autē quorū filij indigēt vtriusq; s. tam patris q; matris sustentatione aliō est. Similr vbi inuenitur aliqua determinatio quātū ad tēpus sustentationis z educationis sicut in auib;. Vñ passerēs turtures z colūbe habēt determinatas feminas: q; hnt educare pullos. z alter eorū non sufficeret ad querēdū victū cū z se equaliter nutrire debeāt. Non autē sic est in hoibus vbi filij indiget cura parentū ad magnū tps. Et ergo matrimonialis cōiunctio inter solos hoies d; indiuisibilis scdm totā vitā alterius cōiugis. Oportet em̄ filiū generari. educari. nutrirī. z doceri. z sibi de necessarijs vite a parētibus prouideri eo q; iuxta aplm opz p̄res filijs

thesaurizare. ij. ad cor. xij. Ista autē requirūt magnum tēpus. Et quo ad hoc dicit Lya sup Matth. xix. cap. q; matrimonium nō solū est de iure diuino: s; etiā de iure naturali: q; natura dicit q; vir z mulier cohabitēt simul per totā vitā ad educandū z pmouēdū prolē vsq; ad perfectū statū virtutis. Dicitur autē matrimonium poti; q; patrimonium. q; maxima onera sunt in matre: q; in viro. Et d; a matre q; matris munū: q; munitur a matre: z dat mulierib; esse matres. Et q; etiā finis principalis matrimonij est bonū prolis. in cuius procuracione mater magis laborat. z ideo ab ipsa denominatur. Fuit autē matrimonium institutū a deo in statu innocētie: vt dicitur de voto. c. j. li. viij. et hoc p̄ illa verba. Hoc nunc os ex ossib; meis: que verba adam sp̄ritu sancto illustratus dixit. Gen. ij. in fi. z. xxvij. q. ij. lex diuina. Et per hoc reprobāt illa opinio que dicit q; matrimonium sit institutū a deo illis verbis. Crescite z multiplicamini: qd videtur incōueniēs: cū etiā illa verba prius dixerat de; nō solum ad hoies: sed etiaz ad bestias. Gen. j. Et quāuis matrimonium etiā sit institutum tēpore moisi. z tēpore xp̄i: hoc fuit tñ diuersis respectibus. Nam vt dicit Tho. dist. xxvj. in. iij. fm q; ordinatur ad generationem prolis q; erat necessaria etiam ante peccatū institutum est a deo in statu innocētie in hoc q; deus formauit mulierem in adiutorium viri: z hoc modo dicitur in officium fuisse institutū. S; quātū est in remediu peccati fuit institutū post peccatū tēpore legis nature. Scdm autē determinationē personarū habuit institutionē in lege moysi: vbi nō nisi de certis tribub; copulabātur: sed scdm q; representat cōiunctionē xp̄i z ecclie: sic

habuit institutionē in lege noua. Et
 fm hoc dicitur sacramētū noue legis. Et
 ex hoc habet q̄ due principales sunt
 cause institutionis matrimonij. s. edu-
 catio prolis ad cultū diuinū: et vitā de
 fornicationis causa. Alie sunt multe
 cause minus principales. s. pulchritu-
 do vxoris: diuitie: reformatio pacis.
 Et propter istas causas si etiā duca-
 tur vxor seruatīs verbis de presenti: te-
 net matrimoniu. Sciendū autem ex
 quo vt dicitur. vij. ethicoꝝ in actu car-
 nali priuatur homo magno bono: scz
 vsu rationis. qz vt dicit phus. Talis
 actus furatur intellectū sapiētis. Et
 vt dicit Augu. xvj. li. de trini. ipsa vo-
 luptas carnalis q̄ maior in voluptati-
 bus carnalib⁹ nequit inueniri momē-
 to ipso tēporis quo ad ei⁹ peruenitur
 extremū: pene oīs acies z vis rationis
 obruitur. Nullus autē fm rectā rōnez
 debet se obligare ad aliqd̄ in quo tm̄
 malū patitur. nisi sit aliqd̄ bonū recō-
 pēsans istud dānum. Cū a sanctis pa-
 trib⁹ ponūtur excusantia illū actū tā
 dānosum. s. bonū fidel: prolis: z sacra-
 menti. Fides hic sumpta est fidelitas
 siue iusticia ad actū ad quē obligat se:
 scz vt ille nō querat aliā: nec cōuerso.
 Sicut bonū plis obligat quo ad cultū
 diuinū. s. vt religiose. i. sancte z deuo-
 te educat. Bonū autē sacramenti illa
 est indissolubilitas inter virū z mulie-
 rē: z signat indissolubilitatē cōiunctio-
 nis xp̄i z ecclie: z hoc ē bonū intrinse-
 cū matrimonij: qz pfectio prima ē for-
 malis. Prima autē duo bona. s. fides
 z ples sūt bona extrinseca matrimo-
 nij. Ex his pz q̄ ex quo vt dictū est sa-
 cramentum est bonū excusans istum
 actum: videtur q̄ actus iste matrimo-
 nialis: nō solū est bonus sed etiā san-
 ctus: quā sanctitatē habet ex indiuisi-
 bilitate cōiunctionis: fm quā signifi-

cat cōiunctionē xp̄i z ecclie. Ita etiā
 dicit Tho. in. di. xxxj. in. iij. q. iij. Ex
 quib⁹ oībus infertur fm Bonauen.
 ibidē. ij. principali. q. ij. q̄ qui coit cau-
 sa fornicationis vitā de in vxore. ne. s.
 vxor fornicetur sic reddēdo debitum
 nullo mō peccat: sed magis meref: qz
 exercet opus iusticie: hoc est fidei ad
 quā tenetur. z ideo oīs culpa excusa-
 tur. Si vero coit causa fornicationis
 vitā de in seipso. s. ne ipse sol⁹ fornicet
 in hoc peccat venialiter: z hoc si non
 pulsatur a carne. Nam ex quo nō pōt
 procreare prolē: nec propter eam pro-
 creādum coit: nec cōpellitur ab vxore
 ad reddendū debitū: aliqua supflui-
 tas est ibi: z ideo peccat: s. venialiter.
 immo dici pōt fm Tho. de. tharā. in.
 iij. di. xxx. q. iij. principali. q. ij. ar. j.
 q̄ querens delectationem in cōiuge:
 sistendo tm̄ intra fines matrimonij. s.
 quādo cum altera muliere id nō face-
 ret veniale est peccatū: licet etiā fiat
 causa explende libidinis. Sed si que-
 rat delectationē in ea nō vt in coniu-
 ge: sed vt in alia muliere quacūqz: tūc
 est pctm̄ mortale. Hoc est cōtra Hu-
 gonē. xxxj. q. j. q̄. vbi dicit vsu ma-
 trimonij non posse impleri sine pctō
 saltē veniali: qz pōt etiā esse matrimo-
 niū cuz fit bono intuitu sicut fuisset in
 statu innocētie fm Franciscum in ru-
 brica de spōsa. Hoc ideo innuit Joā.
 an. in glo. super. c. alma. de sen. excō.
 li. vi. sup verbo sacramētis. vbi dicit
 qd̄ datur grā p istud sacramētū: s. nō
 sicut p alia sacramēta. Cōferē autē in
 hoc sacramēto grā adiuuans ad illa
 opera q̄ in matrimonio requiruntur.
 Ratio fm Thomā. in. iij. di. xxvj. q.
 iij. quia vbiqz diuinitus datur fa-
 cultas aliquid faciendū. datur etiā
 auxilia sine quibus non potest cōue-
 niēter vti illa facultate. s. i matrimo-

De sacramento

nō datur diuinitus facultas vtendi
vxoze: z per consequēs datur grā qua
idē cōueniēter fieri possit. hec sanct⁹
Tho. z per hoc reprobatur glo. i. q. i.
quicqd. Etiam dicit doctor subtilis q^d
effectus ist⁹ sacramētisunt due grē i
siab⁹ cōtrahentiū: z hoc nisi sit ober
mortalis pcti. Et enim non sufficit ad
grām percipiendā q^d cōtrahens non
sit fictus respectu sacramētī. i. q^d non
fictē recipere intēdit: sed oportet q^d pri⁹
penituerit q^d illud sacramētū nō dat
penitētiam. Est ergo vnus et totalis
effectus istius sacramētī. i. gratiosa
coitio aiorū. hec doctor subtilis. Pro
isto dicto est ca. vnicū. de sacra vnctio
ne. Alterius est sciendū de illis q^d req^u
runtur ad matrimoniū vt sit verum.
Primo req^uritur etas debita psonaz
cōtrahentiū. nam vir dz esse. xiiij. an
nozū. et femina. xij. annoz: vnde sicut
spōsalia infra septimū annum nō te
nēt. sic matrimoniū z non tenet in
fra. xiiij. annum. Quātūcunq^z em̄ fue
rit matrimoniū de vbo de pūti infra.
xiiij. annū: nihilomin⁹ nō est ali⁹ nisi
spōsalia de futuro vsq^z ad. xiiij. annū
et ista possunt rumpi postq^z spōsi vel
alter illozū venerit ad debitā etatem.
Sec⁹do req^uritur cōsensus mutuus cō
trahentiū personarum per verba de
presenti. Consensus autē ille fm Bo
nauen. in. iij. dist. xxvij. debet esse in
mutuam corporis potestātē. Verba
autē de presenti sunt ista ex parte viri.
Accipio ego te in meaz vxozē. Verba
autē mulieris sunt ista. Ego te accipio
in meū virū. et sunt ista verba neces
saria: quia sacramentum est res sensi
bilis: z ideo in eo requiritur signū ex
pressum que expressio cōueniētius fit
per verba de presenti. vnde z iste con
sensus potest bene per alia verba ex
pediri vel exprimi inter homines v

titata q^d istis equipollēt dicēdo. Con
sensus in te tanq^z in vxozem. similiter
si pressit iⁿterrogatio inter aliquos de
cōtrahendo. Si alter eozū dicat volo
te de cetero habere iⁿ vxozē. z illa respō
det. z ego te volo habere in virū. vel
voloq^z tu sis vxoz mea. z illa. z ego ha
beo te pro viro. In omnib⁹ talibus cō
trahitur matrimoniū. Sz si diceres.
volo te accipere in vxozē. vel volo in
te cōsentire tanq^z in vxozem: nō esset
matrimoniū. Similiter si dicat vir.
promitto q^d te non dimittā pro melio
ri vel pro peiori: etiam iudicādum est
pro matrimoniō. Item si post datam
fidē dicāt aliqui: bibam⁹ nomine ma
trimonij z osculemur nos. Guillelm⁹
dicit q^d nō est matrimoniū. nisi vel
lent per hoc recedere a spōsalibus et
contrahere de presenti: q^d illud dictū
significat furtum matrimoniū. sz si di
ceres bibam⁹ pro matrimoniō cōtra
cto: esset matrimoniū. Franciscus tñ
dicit q^d illa verba bibam⁹ noie matri
monij sunt cōfessio veri matrimonij:
et ergo est matrimoniū. In omnibus
autē istis vbi verba dubia sunt: recurrē
dū est ad intētionē cōtrahentiū: et ad
cōmunē verborū vulgariū intelligen
tiā. Cū credo q^d per illa verba sponsi
interrogati. i. in polonia dicendo. *Ita*
placet tibi habere. *Ita*. in vxozem. illo
respōdēte. placet. z mulier interroga
ta respōdeat similiter: cōtrahat verū
matrimoniū. a. c. ex litteris de spōsa
libus. Nam per illa verba oēs in po
lonia intelligunt contrahi matrimo
nium. Ergo si sic vicini cōiter intelli
gūt: debēt etiā cōtrahētibus illa ver
ba facere eūdē sensum. nam vt dicūt
doctores in. c. ex litteris. de spōsalib⁹
in talibus recurrendum est ad intel
lectum vicinorū. hoc approbat Fran
ciscus ibidez. z dicit *Ita* osti. q^d iura

alter nō intellexerit ad litterā vel lī-
guā: si tñ intellexit affectum vel sen-
sum nutu v̄l signo sufficit. z nō refert
an nutu vel lingua intelligatur. ar. de
trāllatione inter corporalia. xliij. di.
rektor. Qñ si sponsus dat anulū dicē-
do in theutonico per verba de pñti. z
spōsa polonia recipit anulū: anuēdo
dicitur consentire. in dicto ca. ex litte-
ris. Dicit etiā Franciscus de sarabel-
lis in. ca. ex parte de despōsalib⁹ q̄ si
dicat vir pmitto qđ te ducā in vxorē:
et de cetero tenebo te vt vxorē. Si ta-
lis cōtrahit cū alia per verba de pre-
senti adherēbit scđe propter verba
illa ducā te que sunt de futuro: q̄ etiā
verba restringūtur per sequētia cum
dixit tenebo te vt vxorē. Et dicit. In-
nocen. q̄ hec verba ducā non sonant
tātum actū sed etiā ius: vt sit sensus
promitto q̄ tunc fiā tua legitima vxor
et hoc est si sunt verba mulieris. Illa
autē verba promitto q̄ tenebo te pro
vxore: habēt sensus ac si dicat vir ha-
beo tecū matrimonū vel accipio te ī
meā vxorem. z pmitto q̄ de facto te-
nebo te p vxore. Si autē dicat pmitto
qđ nūq̄ habebō alia nisi te: tūc istā
nō tenet simpliciter accipere si nullā
vxorē in vita sua vult ducere: tñ si vel-
let ducere alia nō pōt: q̄ de cōi vsu lo-
quēdi sensus est. Recipiā te z nō alia
si vxorem voluero ducere. Item si cō-
cubina dicat alicui: nolo q̄ me cogno-
scas nisi tanq̄ vxorē z vir taceat z co-
gnoscat. Dicit. Joannes de ligano q̄
est presumptū matrimonū. Sed tñ
Laspar dicit q̄ nō q̄ nō expresserūt:
z etiā q̄ tacēs habēt p p̄radicēte in
hoc casu cū agat de obligatiōe ip̄i. s.
sub p̄ditiōe v̄l sub mō. Sub p̄ditiōe
fit vt contraho tecū si patri meo pla-
cuerit v̄l si inuenero te habere centū
denarios. et sic de similib⁹. et talis cō-

tractus suspēdit matrimonū vsq̄ ad
existentiā cōditiōis. i. nō prius tale
matrimonū tenebit nisi impleat illa
cōditiō. Si tñ interim p̄sensus de pre-
senti vel copula carnalis fuerit subse-
cuta: tenebit matrimonū eo q̄ tales
vidētur recessisse a cōditiōe. vt de
cōditiōibus appositis. de illis. z. c.
super eos. zc. per tuas. Et hoc intelli-
gendū est de cōditiōe honesta qua-
les sunt due ille supra posite. nam si
esset cōditiō contra substantiam ma-
trimonij vt cōtraho tecum si nō pro-
lificabis. v̄l donec mihi alia inueniā.
vel si te exponas pro questu prostituē-
di: omnes tales nihil agūt. Si tamen
quis dicat. cōtraho tecum si te virgi-
nē inuenero: z postea sequitur coitus
nec inuenitur virgo. Dicit Bernar. z
Hosti. q̄ iudicabit̄ pro matrimonio
et hoc in foro iudicij. tñ in foro anime
non sic iudicabitur: quia dignū est vt
mulier q̄ mentita est se esse virginem
maneat decepta. et vt viro subueniat̄
qui forte vult vitare bigamiā. Sz sub-
modo contrahitur sic. do tibi tunicā
vel cingulū vel anulum: vt cōtrahas
mecū alioquin reuoco qđ donauit: ta-
lis cōtractus statim tenet. Sed si nō
seruetur modus poterit reuocari. Di-
cūt tñ doctores q̄ licet posset cōtrahi
matrimonū sub cōditiōe: nō tamen
sub modo: z hoc est tenendū. Matri-
monū tamen ex causa cōtractum te-
net siue causa sit vera siue falsa: vt cō-
traho tecuz q̄ pulchra es siue diues:
nisi causa esset ita falsa q̄ contineret
in se aliquod impedimētum: vt cōtra-
ho tecū q̄ libera es: nā si nō esset libe-
ra nō teneret matrimonū zc. Et sciē-
dū etiā q̄ si quis cōtrahit cū aliq̄ cum
cōditiōe. deinde tñ añ aduētū cōdi-
tiōis cōtrahit cū alia: pure d̄z mane-
re cū scđa. etiā si sit p̄sanguinea p̄me.

De sacramento

De impedimentis matrimonij.

Nunc videndum est de impedimentis matrimonij. Sunt autem. xij. impedimenta que impediunt matrimonium contrahendum: et dirimunt iam contractum: sicut in Inno. in. c. iuuenis. de sponsalibus. Primum est furor. xxxij. q. viij. ca. neque furiosus. ubi dicit neque furiosus neque furiosa contrahere possunt matrimonium: sed si contractum fuerit. scilicet ante furorē non separantur sed propter furorē. Et ratio quia tales non possunt consentire: si tamen habent lucida intervalla tunc bene possunt. ut dicit glo. ibidem. Secundum si esset utroque articulo. scilicet testiculo carens vel impotens coire. xxxj. questio. vij. illi. Tertium est affinitas: ut si quis sponsam de presenti consanguineam sui recepit in uxorem et eam cognovit impeditur contrahendum et dirimitur contractum ita quod prima restituitur: sed mulier non potest induci ad abstinendam propter publice honestatis iusticiam: ut de eo qui cognovit consanguineam uxoris sue. c. discretionem. Quartum est error in persona ut cum quis putans contrahere cum. R. contrahit cum ursula. Quintum est error in conditione servili: ut si quis contrahit cum aliqua putans eam esse liberam cum tamen est illibera. ut de confugio servorum. c. ij. Sed quid dicendum est de Jacob qui deceptus est in persona: scilicet qui putans rachelē cum qua contraxerat invenit lyam: et tamen tenuit matrimonium. Responsio sicut gratianum. xxxij. q. j. ca. j. quod illud matrimonium non tenuit ex precedenti consensu sed subsequenti: quia post copulam carnalem in eodem consistit de novo. Error tamen qualitatatis non excludit ut si putatur bonus qui tamen est malus consensum matrimonium: ut si putatur virgo tamen invenit cor-

rupta. Similiter error fortune: ut si putatur sponsa dives que tamen est pauper. In omnibus istis casibus non dirimitur matrimonium contractum. Sextum est votum solenne ut sacri ordinis vel professionis. unde si quis professione facta in religione vel in sacro ordine uxorem duxit dirimitur matrimonium: ut quod clericus vel vouentes. c. insinuante. et de voto. ca. unico. li. vi. Alia autem vota simplicia impedient contrahendum non tamen dirimunt iam contractum: unde si quis vouet simpliciter non velle ducere uxorem et postea duxit tenet matrimonium. Sed ille peccat mortaliter sic contrahens et non debet petere debitum ab uxore: sed tamen tenetur reddere quod petitur ab eo: ut notant doctores in. c. rursus. qui clericus vel vouentes de quibus vide materiam istam. Sed tamen si quis habens votum simplex querat a sacerdote an possit contrahere: dat consilium Hostie. quod potest dicere quod sic. Si autem querat ulterius an tale matrimonium tenebit: dicit dicere quod non: alias peccaret. quia daret occasionem mortaliter peccandi. Septimum si machinatus est in mortem prioris coniugis seu uxoris. vel eam ducere permisit. de eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium. ca. significasti. et dicit Joā. an. i. c. laudabile de coher. infidelium: quod quoniam machinatio est ab utroque. scilicet a viro et a muliere in mortem mariti tunc sufficit ad dirimendum matrimonium sine adulterio. Quando vero machinatio est ab altero tamen tunc non sufficit sine adulterio: ut de divorcijs. c. j. et istud imprimendum est menti: quia raro iste punctus bene intelligitur. Octavum si est alterius cultus ut sarracenus vel iudeus. xxvij. q. j. caue. Nonum si per vim coactus est contrahere. ut de sponsalibus. cum locum. Et intellige de vi vel metu quod cadit in con-

stantē vīrū vt dicit glo. j. ibidē q̄ etiaz dicit q̄ minor metus excusat femina q̄ vīrū. qd̄ similiter nota. Decimū est sacer ordo vt q̄ clericū vel vouētes. c. j. z de voto. c. vno li. vj. Undecimū si est alteri nupta de spōsa duorū. c. ij. Duo decimū est publice honestatis iusticia de spōsalibus. c. iuuenis. z. c. ad audiētiā. Sunt alia duo impedimēta q̄ ipe diūt z nō dirimūt. s. tēpus feriarū vt de ferijs. c. capellanus. Et interdū ecclēsie. vt de despōsatiōe puberū. c. ad dissoluendū de oibus istis datur verus per Jo. an. in sum. quartū sub hac forma. Error conditio votū cognatio crimē. Cultus disparitas vis ordo ligamen honestas. Si sis affinis vel si coire nequibis. Nec sociāda vetāt cōnubia iūcta retractāt. Et de vltimis duobus datur versus Ecclesie. vetitū nec nō tēpus feriarū. Impediūt fieri permittūt facta teneri.

De cautelis huius sacri.

Et primo caueat vir ne volens a muliere extorquere carnalē comixtionē fingat se eam ducere velle nō hās tamen intētionē et propositū eam ducēdi. Nam talis si eam nō ducat grauer peccat: lz in foro penitentiali nō iudicat̄ pro matrimonio. Et lz mulier q̄ simplici animo sibi cōsentit a pctō excusat. tñ deceptor talis si vult verā penitētiā agere: necesse lz eā sine fictione ducere quātū in eo ē: vel dare sibi vīrū cōueniētē vel aliter satisfacere. Et hoc s̄m Tho. Et hoc si vir est equalis cōditionis cū illa. Mā si vir esset melioris cōditionis puta nobilis z mulier rustica vl̄ ribalda: pōt probabilr p̄sumi q̄ nō fuit decepta: sed se decipi fingit: z tūc in tali casu si ille nō animo ducēdi cohabitauit cū ea nō tenetur eas ducere. nec ei satisf-

facere: vt dicūt doctores. Secūdo caueat ne q̄s spōsam suā cōtractis spōsalibus ante q̄ solēnitates m̄rimonij fiāt. s. ante q̄ in facie ecclēie copulētur audeat cognoscere: nā talis peccat s̄m Guillelmū. Et hoc itellige i illis partib⁹ vbi prime nuptie b̄ndicūtur. Cū cū iste nō sunt virgines: nec alter illorū post illā occultā cōmixtionē si accipiūt benedictionē quā soli v̄gines vel alter ipsoꝝ accipere cōsuevit peccāt. cū sc̄de nuptie nō sūt b̄ndicēde. si tñ nō esset p̄suetudo in aliq̄bus partib⁹ primas nuptias b̄ndicēdi: sicut est in polonia credo q̄ spōsus cognoscens spōsaz animo cōsumādi matrimonij ante q̄ in facie ecclēie copulētur non peccent nisi venialr. hec Tho. in. iij. sentētiarū. dist. xxvij. Tertio caueat vir ne cum illa cōtrahat per verba de presentī cū qua alter contraxit p̄ verba de futuro z copula carnali consumauit: qz nec verū nec aliquod censet̄ matrimonij quod postmodū d̄facto est subsecutū. vt de sponsalib⁹. is qui. Quarto caueat parētes ne cōtrahāt pro filijs aut pro filiab⁹ spōsalia vel matrimonij cū additione pene: nā talis adlectio pene non valet de iure: vt dicitur in. c. gēma. de syon. eo q̄ matrimonia debēt esse libera. Et hoc est cōtra nostrates qui stipulāt penas: nisi impleāt filij eorū voluntatē. Dicit tñ Franciscus de sarabellis. Joan. and. Glicentius. z abbas in dicto. c. gēma. z ar. xxx. q. ij. c. vno. q̄ bñ p̄nt stipulari vel dari pignora inter cōtrahētes: sed nō pene. Ratio quia pena solum promittitur: ar vero datur: faciliores aut sumus ad promittendū q̄ ad dandū. Itē arre fiunt in modica quantitate: pene vero in magna: et ideo timore magne quantitat̄ posset q̄s cōpelli ad m̄rimonij. Glicenti⁹ tñ dicit

De sacramento

¶ si sint extranei omnino qui nō hnt cōtrahētes personas in sua potestate: isti possunt stipulare penas inter se & perdūte eas: vel acquirūt si sponsi nō stant in eorū promissionib⁹. Inter vero parētes v̄l alios qui hnt spōsos in potestate nō hz hoc locū. c. j. de pignozib⁹. Etia teneas q si dat pignus loco arre: tūc tenet. si autez pro pena tūc nō. Item si datur per cōventionē nō tenet: si autē per traditionē tenet. Hoc aut dicitur fm Jacobū de arra q ratio pignoris tenet: si tradit: secus si cōstituitur tantū: qz qn cōstituitur tantū tunc cedit loco arre: sed si cōstituitur cedit loco pene. Quinto caueāt p̄trahētes ne in cognatione carnali spūali vel legali cōtrahāt. Nam prohibentur cōtrahere cōsanguinei vsqz ad quartū gradum inclusiue in collateralib⁹. in ascendētib⁹ aut et in descendētib⁹ perpetuo. In cognatione aut spūali phibent hi. s. baptizatus & leuans. Baptizatus & filij leuātis. Item baptizatus & cōiunx leuātis prius cognita. Item leuās & parētes leuātis. Et eodē mdo dico de baptizato & baptizante. similiter inter cōfirmatū & tenentē: & inter cōfirmantē & cōfirmatū. In alijs aut sacramētis non cōtrahitur talis cognatio. s. in penitētia: qz penitētia non est sacm collatū p modū generationis: s; sanationis ideo p ipm nō cōtrahitur spūali cognatio. alias em fili⁹ presbyteri non posset inuenire vxorē in tota parrochia fm Tho. in. iij. sentē. dist. xxiij. q. j. ar. ij. l. inter sacerdotes & cōfirmantē p̄trahitur fedus: nō tñ deriuatur ad alios eorū cognatio: tñ catholicismus licet impedit cōtrahēdum nō tñ dirimit p̄tractū: vt de cogn. spūa. per cathecis. li. vi. Item cognatio legalis impedit vsqz ad emācipationē.

Est aut cognatio legalis illa qn quis adoptat in filiū aliquē extraneū corā iudice: & dico corā iudice: qz alias facta in priuato nihil valet fm Hostiē. de cognatione legali. ca. vnico &c. Et qz ista cognatio apud nos hodie non viget: ideo de ipa supersedeo. Sexto caueat vir ne dimittat vxorē suā pp̄ quācunqz causam: nisi propter fornicationē: vt dicitur in glo. c. j. quesit. de diuortijs. Et intellige tam de fornicatione carnali qz etiā spūali: sicut est idolatria vel heresis. Similr si mortē viro machinatur. In istis tñ casib⁹ nō ducet aliā quādiu viuit quā dimisit. xxxij. q. iij. oēs causationes. Ratio quia licet quo ad coniuale thozū sit diuisio & diuortiu: nō tamē quo ad vinculū qd est idissolubile et ppetuū. Ex quo p̄ qz mulier a viro nō separatur pro furto: v̄l pro alio crimine: vel pro alio impedimēto. vt dicit in. ca. q̄siuit. de diuortijs. Nec etiā pro aliquo defectu corporali scz pro surditate. cecitate. pro fetore oris &c. Et intellige etiā qz quātuncūqz esset notorium crimine fornicationis in vxore non pōt vir sine iudicio ecclesie propria auctoritate eaz dimittere. licet bene potest debitum sibi in priuato denegare. Archidī i. ca. porro. & ca. significasti. de adulterijs. In hoc tñ casu qn alter fornicatur spūaliter. s. si labat in heresim: non pōt is qui remanet in fide aliā ducere illa viuēte heretica. Sec⁹ si aliqz infidelis vel pagan⁹ cōuertit⁹ cui⁹ vxor nō vult cōuerti: vel non vult habitare sine cōtumelia creatoris. qz talis pōt cōtrahere etiā viuēte talis vxore: vt dicit diuor. c. v. Septimo caueat vir ne vxorē in adulterio deprehēsas interficiat: qz l. fm leges ciuiles non puniatur talis occisor aliqua pena: tñ fm ius diuinū punit. xxxij. q. ij. inter

hec vbi expresse phibetur tale vxorici
 diu. Debet em̄ poti⁹ eā corrigere z si
 bi recōciliare: cū de⁹ paratus sit acci-
 pere ipsi⁹ p̄nias, exēplo mulieris adul-
 tere Job. viij. vt dicit Bonauē. in. iij.
 di. xliij. q. i. z Tho. q. i. Qui etiā addit
 q̄ occidēs vxorē p̄pter adulteriū vel
 odiū ex statuto ecclesie cōtrahere cū
 alia nō debet. z maxime si occidat eā
 vt cōtrahat cuz alia: secus est si nō eo
 sio: qz tūc licet nō debeat cōtrahere:
 si tamē cōtrahit tenet. Octauo ne ali-
 quis habēs aliquē sacrū ordinē p̄tra-
 hat matrimoniū: qz tale matrimoniū
 non tenet vt de voto. c. vno li. vi. Si-
 militer ecōuerso caueat ne cōtrahēs
 per verba de presenti cū aliqua sacrū
 ordinē accipiat: qz talis debet restitui
 vxori: z si pōt esse sine scādalo vxoris
 debet deferre habitū et coronā cleri-
 calē. Nec pōt cōtrahere post mortem
 illius vxoris. Et si p̄traxerit nō tenet
 matrimoniū s̄m Innocē. Nec etiā
 post mortē vxoris poterit in suscepto
 ordine ministrare. vt in extrauagātī
 Joan. pape. xxiij. que incipit Antiquē.
 Talis em̄ restitui⁹ vxori tenebit̄ red-
 dere debitum: sed nō poterit petere.
 Nono caueāt coniuges ne post b̄ndi-
 ctionē acceptā prima nocte cōmisceā-
 tur. vt. xliij. di. sponsus. Alibi etiā d̄r
 q̄ b̄duo vl̄ triduo debēt p̄tinere vt i.
 xxx. q. v. aliter. S; hoc est cōsiliū non
 preceptū: et ideo ne quis obliget sub
 precepto sp̄sus ad talia: hoc pono p̄
 aulsamēto: qz multi faciūt indiscrete
 cōscientiā de talib⁹ ipsis cōiugibus
 per modū precepti. qd̄ fieri nō d̄r: sed
 per modū cōsiliij tantū zc. Decimo ca-
 ueat vir vel femina ne sine parētum
 consilio vel cōsensu nubat: quia dicit
 Ambro. in li. de patriarchis. Non est
 virginalis pudoris eligere maritum.
 Unde z Eucharisti⁹ papa dicit: quia

aliter nō ē legitimū cōiugiū nisi a pa-
 rētib⁹ tradat. z Eupidiō in p̄sona cu-
 iusdā femine legit̄ dixisse Sp̄saliū
 meoz p̄ me⁹ cura subiit maritū elige-
 re nō est meū. Nec oīa h̄ntur. xxiij. q.
 ij. nō oīs. S. cū ergo d̄r S. z honorant̄.
 Si tñ fecerit tenet m̄rimoniū: qz hoc
 solū ē de honestate: z nō de necessita-
 te: maxime si h; annos legitimos. s.
 vir. xliij. et femina. xij. Dicūt tñ leges
 qz femina post. xv. inuitis parentib⁹
 nubit: z verum est. Undecimo caueat
 sacerdos ne clādestine aliq̄s copulet
 hoc est ne p̄termiſsis b̄anis i ecclesia
 aliq̄s introducat siue copulet. Mā ta-
 lis sacerdos suspēdit̄ p̄triēniū. vt no-
 tatur de clādestina d̄sp̄satione. c. cū
 inhibitiō. Duodecimo caueat sacer-
 dos ne b̄ndicat sc̄das nuptias: qz irre-
 gularitatē incurreret: pōt tñ per ip̄m
 super eo d̄sp̄sari: vt in extrauagātī
 Joan. xxiij. que incipit. Lōcerationi.
 Tredecimo caueat vir ne semp̄ exigat
 vel reddat debitū vxori: qz hoc prece-
 ptū de redditiōe debiti cū affirmatiō
 ne nō obligat nisi p̄ loco z tēpore s̄m
 Joā. parisiensem: qz obligat semp̄: s;
 non ad semp̄: nec pro semp̄. sed qñ pōt
 esse debite circūstantionat⁹ s̄m docto-
 rem subtilem in. l. iij. dist. xliij. qz for-
 tiori vinculo obligatur ad nō reddē-
 dum: vt in hoc casu: qz tenetur nō oc-
 cidere fetū in vtero pregnātis: vel nō
 esse causa abortus. Similiter si reddi-
 tiō debiti vergit in detrimētum sani-
 tatis non tenetur reddere: qz tenetur
 potius propriā incolumitatē q̄ istud
 detrimētū vitare in coniuge. Similit̄-
 ter non tenetur satisfacere voluntati
 mulieris tempore menstrui ne proles
 nascatur leprosa: q̄ alias pōt p̄creari
 sana: et etiā quia talis coitus inducit
 perpetuā sterilitatem in muliere s̄m
 Augusti. p̄pter cōmixtionē seminis
 f. iij

Expositio

cum sanguine: vñ si contingeret nasci
ferum fit leprosus scabiosus cecutiēs
vel interdum caducus: vel obsessioni
demonū (tanq̄ vas immunde cōpo-
situm) aptus. z ideo in lege mosaica
accedens ad menstruatā morte morie-
batur: que mors nō infligebatur nisi
pro mortali. Et si dicit̄ tñ leproso viro
tenetur mulier reddere debitūz. licet
non tenetur secum cohabitare. vbi tñ
certissimū est q̄ proles nascetur lepro-
sa. ergo simile ē in mēstruata. Rñ ideo
fm̄ doctorē subtilem vbi supra: quia
in mēstruo potest expectari tēpus cō-
gruū vt nascatur proles sana. in lepra
vero nō. Qñ melius est q̄ nascatur le-
prosa vel aliqualis q̄ omnino nulla:
q̄ melius est sic esse q̄ nō esse. Q̄erū-
tamē dicit̄ Tho. vbi supra. q. ij. ar. ij.
Si est fluxus innaturalis z diuturn⁹
pōt vir ad talē accedere: q̄ alias opor-
teret virū perpetualr abstinere. Dicit̄
etiā q̄ mulier mēstruata potest redde-
re debitū viro petēti. debet tamen eū
auertere precib⁹ vt sufferat: non tñ ita
efficaciter d̄z auertere q̄ possit esse oc-
casio sibi incidendi in aliq̄s pessimas
corruptiones sicut ad id pronus cre-
ditur. Si autē credit q̄ petit ignoran-
ter: debet mulier aliquas occasionem
pretēdere: vel infirmitatem allegare
ne debitum reddat: nisi periculū viro
timeatur. Dicit̄ autē Tho. q̄ accidens
ad pregnatā: non semp peccat morta-
liter: nisi timeatur abortus. Dicit̄ etiā
ipse q̄ si tunc vir preter consuetudinē
et modum natura institutū quantum
ad situm exigit debitū a coniuge puta
a parte posteriori vl ad latus: nō sem-
per est peccatū mortale: sed quādoq̄
pōt esse sine peccato. Dimittere autē
propriū vas semper est peccatū mor-
tale z sodomiticū: quia hoc est contra
naturam cōiugij. hec sanctus Tho.

De expositione misse.



De facite in meam cōme-
morationē. Luce. xxiij. de
cōse. di. ij. iteratur. q̄ fm̄
beatū Tho. in. iij. parte
summe sue. q. lxxiiij. ar.

liij. ministeriū nre salutis totū cōpre-
hēditur ī sacramēto eucharistie. ideo
tale sacramentū pre ceteris agitur cū
maiori solēnitate: q̄ quidē solennitas
in misse officio cōsistit: vbi recolit̄ sin-
gulari memoria dñice passionis: iuxta
q̄d ipse iturus ad passionē fieri prece-
pit dicens. Hoc facite in meā cōmemo-
rationē. glo. idest in memoriā mortis
mee. Et q̄ singule partes misse ienar-
rabilem dulcedinē redūdant diuino-
rū mysteriorum. Designant em̄ gesta
facta z opera xp̄i qui operatus est sa-
lutē in medio terre: z p̄cipue circa my-
steriū sue passionis: resurrectionis: et
ascensionis: ideo de singulis particu-
lis huius sacri officij breuiter inten-
damus. Circa q̄d sciendū q̄ missa d̄z
primo a mittēdo: quia angeli ibi mit-
tuntur: vt dicit̄ Grego. de cōse. dist. ij.
q̄ si sanguis. Secōdo rōne filij qui ibi
mittitur a deo parte. Tertio ratione
nostri: qui mittimus vota nra ad deū
per sacerdotē. vt nobis de⁹ mittat be-
nedictionē et gratiā. Quarto ratione
sc̄. cathecuminoꝝ: q̄ vt dicit̄ Hugo an-
tiq̄tus admittebāt vsq̄ ad offertoriū:
z ab offertorio foras mittebāt. Cathe-
cumini autē erant nouiter credētes nō
dū baptizati. Habet autē multa noia
istud officiū misse seu sacramentum.
Dicitur enim missa p̄pter rōnes pre-
dictas. Itēz dicitur eucharistia ab eu-
q̄d est bonū: et charis gratia: quasi
bona gratia. Dicitur hostia: ab hosti-
bus vincēdis: q̄ per eam nri hostes
vincūtur. Immolatio dicit̄ sc̄d̄z Isid.

vi. ety. ab in moles. quia in mole. i. in cumulo altaris sacrificatur. Cōmuniō qz dicitur esse esca omniū fidelīū. iuxta illud. Omnes de vno pane z de vno calice participamus. Dicit viaticus. qz datur in hac via pntis vite ad sustentationē. Dicitur sacrificiū quia si sacrū faciēs: qz mystica prece cōsecratur. in psalmista. Immola deo sacrificiū laudis zc. Dicitur etiā actio s̄m Leonem papam. quia hic quasi in quodam iudicio agimus. Nam locus est ecclesia: iudex deus. actor diabolus. reus populus: cōscientia testis: sacerdos defensor. sic dicit Augu. de se in oratione quadā. Summe sacerdos q̄ me inter te z meū populū esse voluisti. zc. ¶ Sc̄do videndū est quis instituit missam. R̄ndeo q̄ Petrus Jacobus et Basilius cesariēsis episcopus. De Petro d̄r in cronicis: q̄ primus antiochie primā missam celebravit sub tribus oronib⁹: vt dicit Hugo de sancto victore. li. ij. de sacramētis. c. viij. De iacobo z Basilio habet de cōse. di. ij. iacobus. Dicit autē Archi. i dicto. c. iacobus. q̄ iacobus instituit dicere secretā: Basilius autē alia addidit. p̄ quo sc̄dum q̄ missa quondā non cū tanto apparatu: nec cū tanta solennitate dicebat. Primo em̄ ab apostolis dicebatur t̄m illa verba in celebratione missa que dñs dicit. Hoc est em̄ corpus meum. sed postea apostoli addiderūt dñicam orationē. z adhuc etiā ap̄loz cōsuetudo p̄sentatur singulis annis sancto die veneris. excepto q̄ illo die nō consecratur. Postea apostoli vel eorū successores instituerūt q̄ ep̄la z euāgelīū legeretur ante sacrificiū. Primo autē legebatur ep̄stola. sc̄do euāgelium. tertio dñica orō. quarto dicebantur verba dñi. z tunc offertoriū inchoabat a lectore: qui mos sab

bato sancto p̄tecostes adhuc seruat. Postea vero sancti patres z ap̄li illas solēnitates q̄ nūc sunt in missa addiderūt. vt Alexāder Delasius Gregorius Leo Celestinus Damasus zc. Canonē autē dicit Grego. fuisse cōpositū a q̄dā scolastico. Apostoli t̄m ibi multa addiderūt sicut infra patebit in suis locis de quolibet istorū specialr. Tertio videndū est de p̄paratione sacerdotis. Et qz sacerdos est quasi pugil qui dimicare h̄z cū diabolo pro delictis populi i missa. ideo armat se primo oronib⁹: sc̄do vestib⁹ sacris. tertio ceremonijs debitis. Primo igitur dicit psalmista. Quā dilecta. B̄ndixisti. Inclinā. Credidi. De profundis. z h̄ quātū ad illos qui dicūt officiū romanū qd Linus instituit. Dicuntur autē isti quoz psalmi s̄m Innocē. propter trāsgressionē quinqz sensuū. z etiā qz in quolibet eoz fit cōmemoratio de his q̄ spectāt ad illud sacramētū z ad remissionē peccatorū. In primo d̄r de altarib⁹. Altaria tua dñe virtutis. In sc̄do de misericordia dei: ibi. Ostende nobis dñe zc. In tertio d̄ orōne: ibi. Veniēt ad te z adorabūt corā te zc. In quarto de oblatione: ibi. Calicē sa. ac. zc. In quinto de finali redēptione: ibi. Quia apud dñm mīa zc. Sc̄do sacerdos ornat se pectēdo pilos et purgādo euulsos: per qd̄ designat cogitationū malarū mundatio. Tertio lauat manus iuxta illud Esa. Lauamini et mundi estote. Quarto induitur sacris vestibus. Circa qd̄ sciēdū q̄ aliter induit episcopus q̄ simplex sacerdos. nā episcopus sc̄dm Joānem beletb. primo induit sandales vel sotulares qd̄ designat ocreas pugillorū: ipse em̄ tūc d̄z pugnare cū diabolo. vñ accipit sp̄alia arma. Alba pro lorica op̄itur: cingulū pro arcu: subcingulū p̄ phare

utru celebras sine uestibg officia tua regulas
v. anglu in summa. v. missa. s. 35. & 36. & ioane
de lapide in resolutio. c. 5. de
1. dubio. 4.

Expositio

tra. & dicitur subcingulū quo stola li-
gatur. Stola circūdat collū: quasi ha-
stam cōtra hostem vibret. Manipulo
proclamat. Casula quasi clipeo pte-
gitur. Libro pro gladio vtitur. Mitra
quasi galea caput protegit. Sed sim-
plex sacerdos primo habeat calceos
sine quib⁹ null⁹ debet celebrare: etiā
qui habet ex voto pfessionis incede-
re discalciat⁹ s̄m Bern. de parētinis.
Et hoc significat humanitatē christi
quā Joānes baptista calceū appella-
uit. vñ in signum desponsationis xp̄i et
ecclesie incedim⁹ discalciati: et demū
sacerdos ponit humerale quod desi-
gnat velamen xp̄i qđ habuit cū sibi
dicebatur velato capite: propheta
nobis xp̄e. Alba significat vestimētū
quo herodes illudit xp̄m. Luce. xxiij.
Cingulū significat flagellū qđ cesus ē
circa columnā. Joan. xix. Manipul⁹
funē quo ligatus fuit. Joan. xvij. Cō-
prehēderūt & ligauerūt eū. Stola si-
gnificat ligamen quo ligatus fuit ad
columnam. Casula significat purpu-
reū vestimētum. Ista spūaliter signi-
ficant virtutes in sacerdote. nam hu-
merale significat fidem quam aposto-
lus appellat galeā. ad Ephe. vj. Al-
ba spem que totum cōtegit. Ro. viij.
Spe salui sumus. Cingulum iusticiā
Esa. xi. Erit iusticia cingulum lumbo-
rum eius. Manipulus significat for-
titudinem contra impedimētum dia-
boli. Stola ab utroq; humero signifi-
cat prudētiam et tēperantiā. Casula
que totū operit: significat charitatez.
Habet ergo sacerdos simplex sex in-
dumēta: qz habet sex officia. s. bap-
tizare: predicare: cathesizare: ligare: ab-
soluere: & cōsecrare. Episcopus vero
habet nouem: scz caligas: sandalia:
succinctorium: mitram: dalmaticā tu-
nicam: cyrothecas: anulum: & baculū

quia episcop⁹ habet plura officia q̄
sacerdos. s. vīrgines cōsecrare: eccle-
sias dedicare: clericos ordinare: syno-
dum celebrare: chūisma conficere. ve-
stes: vasa: & alia sacra ecclie ornāmē-
ta cōsecrare: & cōfirmare. Cōsecratio-
nē autē vestimētorū predictorū Ste-
phan⁹ instituit anno dñi. cclvij. Dein-
de sacerdos accedēs ad altare dicit.
Aufer a nobis dñe cūctas iniquitates
n̄ras &c. signādo se in facie. per quod
petit omnia impedimēta a se auferri
seu remoueri. Tandem osculatur reli-
quias in medio altaris dicens. Oro te
dñe per merita omnīū sanctorū tuorū
& eorū quorum hic ossa recōdita sunt:
vt eorū intercessione nobis digneris
indulgere vniuersa delicta n̄ra. p qđ
petit sanctorū suffragiū quasi ex se sit
indignus. Deinde osculatur librum
dicens. Dignus sim domine accipe-
re librum et aperire signacula eius:
quoniā occisus es pro nobis & redemi-
sti nos deo in sanguine tuo. Osculum
illud quod facit i medio altaris signi-
ficat iudaicū populum. Euangelium
vero gentilē qui per euangelium cre-
didit. Unde quia christus vtriq; po-
pulo ventens in mūdum dedit pacē:
ideo vtrunq; osculatur. Quod autem
prius sacerdos accedit ad dextrū cor-
nu altaris significat qđ prius christus
predicauit iudeis: deinde gentibus.
His expeditis videndum est de ipso
officio quod habet sex partes. quarū
prima vocatur preparatio: & durat ad
epistolam. Secunda instructio: & du-
rat ad offertorium. Tertia oblatio: et
durat ad prefationem. Quarta cōse-
cratio: & durat vsq; ad Oremus pre-
ceptis salutaribus. Quinta sacramē-
ti preceptio: & durat vsq; ad commu-
nionem. Sexta gratiarum actio: & du-
rat vsq; ad finem.

omni
missa
s. 6. om
nariū
s. d. am
s. d. mi
s. d. n.

De prima parte missæ.

Et quia popul⁹ debet primo venire cū mētis deuotione ad ecclesiam: ideo missa primo incipitur ab introitu. Pro quo sciēdū q̄ olim missa inchoabatur a lectionib⁹ sicut adhuc fit in sabbato pasche et pentecostes. Unde Celestinus primus natione roman⁹ anno dñi. ccccxxvij. instituit vt ab introitu inciperetur. Post quem Gregorius primus anno dñi. ccccix. cantualē introitū composuit: et significat desideriiu sanctorū patrū qui incarnationē xp̄i desiderabāt clamantes deuote. Emitte agnū dñe dñatorē terre ec. et iterū. Utinā disrūperes celos. Per versum autē designatur desiderij numerositas. q̄ diuersi diuersimode clamabāt. ideo autē vt cōtiner introitus sumitur de psalmis. q̄ olim cātabātur in principio missæ. cl. psalmi. sed q̄ tediosum populo erat: ideo Pelagius statuit vt solum aliquid de ipsiis sumeret. sc̄z introit⁹ cū versu. Aliqui tñ sancti habēt speciales introit⁹ in suis festis propter reuerētiā eorū. Additur etiā Gloria patri. q̄ licet solus filius sit incarnatus tñ tota trinitas operata est incarnationē: q̄ Damascen⁹ papa instituit. Obmittitur tñ in missa defunctorum q̄ illi nō sunt in statu glorie s̄z pene. Similiter in dñica passionis dñi: q̄ tūc nō recolitur gloria s̄z confusio in persona filij dei facta. Resumit autē introit⁹: ideo q̄ tam precedētes q̄ sequētes sc̄i in fide xp̄i sunt cōcordes. vñ et qui precedebāt et qui sequebātur clamabāt osanna. Sc̄dum autē q̄ sacerdos d̄z p̄mo egredi de sacristia qñ introitus inchoat. Signat autē egressus ille christi egressum de utero virginis gloriose: de quo processit tanq̄

sp̄sus de thalamo suo. Sc̄s pplius debet venire cū mētis humanitate: q̄ designat kyrie eleison: q̄ etiā Grego. papa cantari nonies instituit: et est grecū: significās tñ sicut dñe miserere. Fit autē in greco vt innuatur xp̄i titulus scriptus fuisse grece. hebraice et latine. vñ osanna et sabaoth hebraice sunt. reliqua vero latina: vel vt ois lingua cōfiteatur xp̄i passionē. Et fit nonies vt ad nouem ordinū angelorū contēplationē possimus puenire. Triplicatur autē ad laudē trinitatis. Et recte sequitur post introitū. Introitus em̄ significat aduentū xp̄i in carnē. kyrie eleison vero in mentem: q̄ signatur p hoc q̄ d̄z miserere nobis. Tertio d̄z populus venire cū mentis erectione: q̄ signat cātus angelorū. s. Gloria in excelsis deo. Et recte sequitur post illa duo: ad significandum q̄ hō ad aduentū xp̄i in carne et mēte d̄z gaudere gaudio sp̄iali et vocaliter exprimere. Et primo incipit a sacerdote: sc̄do a choro ppletur: per quod designatur q̄ primo vnus chorus. i. vn⁹ angel⁹ in natiuitate dñi incepit istū hymnū: post hoc alij multi ip̄m prosequēbātur: vt d̄z Luce. ij. Et quia iste hymnus dicit⁹ est ad laudē dei in natiuitate qui est mediator dei et hoium: ideo in medio altaris dicitur: vel q̄ in media nocte natus est. Et quia iste hymnus in ortu xp̄i in mūdū dictus est: ideo facie versa ad orientē ip̄s incipitur. Et quia istud cāticū ē leticie: ideo in aduentu nō canitur: quia sancti patres nō in re: sed in spe habuerunt premiū. Spes autē que differtur affligit animā. Proverbiorū. xij. Similiter in. xl. et. lxx. vbi recoliť lapsus primi hois flebilis nō dicitur. Vñ nouē septimanis tacetur ppter nouē chorū angelorū consortij priuationē.

Ite in die innocētū nō cātatur: qz fue-
rūt nō in gloriā: s; in vituperiū xp̄i oc-
cisi. Generalr tñ d̄r iste hymn⁹ qñ d̄r:
Te deū laudam⁹, excepto sabbato pa-
sche z cena dñi p̄p̄i speciales rōnes.
In cena aut dñi nō d̄r nisi ab ep̄o. S; z
sabbato pasche ab oibus qz illa mis-
sa est quodāmodo diei sequētis. s. re-
surrectionis xp̄i. vñ in nocte deberet
celebrari. de cōse. di. ij. nocte. Deinde
sacerdos vertit se ad populū dicens:
Dñs vobiscum, quod valet tñ. i. dñs
tribuat peccatorib⁹ affectū z volūta-
tē bonā. S; ep̄s dicit **Pax vobis**: qz
est vicari⁹ xp̄i: qui dixit apl̄is suis post
resurrectionē suā: **pax vobis**: qñ dice-
ret in p̄nti detur vobis pax pectoris z
in futuro pax eternitatis: z chorus re-
pondet. Et cū spū tuo. i. dñs qui est in
corde tuo sit etiā nobiscū in corde n̄ro.
Et hoc verbū dñs vobiscum sumptū
est de libro Ruth. c. ij. Sic em̄ legitur
booz salutasse messorē suos: z p̄phe-
ta in Paral. asa regē z qui cū eo erāt:
z angelus salutans gedeonem dixit:
dñs tecū. Sed hoc verbū. et cum spū
tuo sumptum est ab ap̄lo ad Timo.
ultimo. Sc̄dum tñ qz sacerdos ver-
tit se in missa qui quies ad designādū
qz xp̄s post resurrectionem suam ip̄so
die resurrectionis quinq̄ies appa-
ruit suis electis. Primo marie Mag-
dalene: sc̄do mulierib⁹: tertio p̄etro:
quarto duobus discipulis in emaus
euntibus: quinto omnibus discipulis
absente Thoma. Et quia popul⁹ cō-
uenit ad orandū cū intentione impe-
trandī: ideo statim sequitur collecta.
Uñ dicit sacerdos: **orem⁹**. significās
illud qd̄ christ⁹ dixit apostolis. **Orate**
ne intretis in tētationē: per quod etiā
reddit se indignū: vnde quasi conuo-
cans ad se fideles dicit **oremus**. i. oēs
orate vt quod petim⁹ facilius impe-

trem⁹. Et tūc dicitur collecta seu ora-
tio q̄ designat qz xp̄s dans nobis exē-
plum orauit. Et dicitur collecta: qz fit
sup populū collectū: vel qz in ea colli-
gitur populi oratio seu d̄precatio. Et
fit in dextera parte altaris: p̄ quā de-
signantur bona eterna z spūalia que
primo sunt petenda. iuxta illud: **Prī-
mū querite regnū dei**. S; fiet etiā ver-
sus orientē iuxta Damascenū li. iij.
ca. xj. vt paradīsum affectare mōstra-
remus que est in partib⁹ oriētis. Se-
cundo vt xp̄m crucifixum qui versus
orientē stans in cruce respiciebat at-
tendamus. Tertio vt ipsum iudicem
inde venturū significemus. Quādoqz
aut dicitur vna oratio ratione solēni-
tatis. Aliqñ due v̄l tres v̄sq; ad septe-
nariū z nō v̄ltra: quia fm̄ Juno. dñs
septē petitionib⁹ docuit orare. z etiā
quia v̄ltra in tediū verteretur. de p̄se.
dist. ij. cū omnia. Quādo aut imponū-
tur plures collecte: tūc primo impo-
nantur due postea tres vel prima vna
vel postmodū due: ita qz maior nume-
rus sequatur. z semper fiant in nume-
ro impari: qz persone diuine sunt im-
pares in numero: z dirigūtur omnes
orationes patri z filio et nō spū sancto:
quia cū ip̄se sit donū a dono nō petit
donū fm̄ Bernar. de tarantinis. De
modo aut concludēdi collectas dan-
tur versus. **Per dñm dicas cum pa-
trē presbyter oras**. Cum xp̄m memo-
res per eundē dicere debes. Cū xp̄o
loqueris per eundem dicere queras.
Qui tecū si sit collecta finis in illo. Si
spūs alm⁹ eiusdē dicere debes. Hoc
est v̄bicūqz ad deū patrē dirigīt ōro. z
nō est mētio de filio. dicat p̄ dñm zc.
Si aut ibi est mētio filij. dicatur p̄ eū-
dem dñm zc. Si aut ibi est mētio de
spū sancto: dicatur p̄ dñm zc. qui tecū
v̄luit z regnat in v̄nitate eiusdē spūs

sancti deus per oia secula seculorum amen. i. per omnia presentia et futura. Nullus autem dicit sibi facere novas collectas: que non sunt ab ecclesia probate: quia hoc prohibuit consilium africanum cui interfuit Augustinus. Sciendum etiam quod si imponitur collecta defunctorum in missa uiuorum quod illa dicitur esse penultima et non ultima: quod finis debet suo principio conuenire. Nullo autem modo in missa defunctorum collecta pro uiuis debet imponi: quod mortui uiuos iuuare non possunt. Item collectas dicitur precepit Symachus natione sardus anno. ccccxciiij.

De secunda parte misse.

Expedita prima parte misse que est ad populi preparationem: dicendum est de secunda que est ad populi instructionem: et incipit ab epistola in qua docet populus in diuinis mandatis. et habet sex partes. scilicet mysteriali informatione: de qua in epistola. penitentiali operatione: de qua in graduali. salutaris lamentatione: de qua in tractu. spiritali exultatione: de qua in aleluia. principalis instructione de qua in euangelio. et specialis fidei instructione: de qua in symbolo. Secundum autem Innocentium epistola significat officium precursoris qui preibat ante faciem domini. Et quod pre dixit. penitentiam agite: ideo sequitur graduale. Sed quod post penitentiam sequitur gaudium: quia ipse dixit. Appropinquabit enim regnum celorum. ideo sequitur aleluia. quod est cantus gaudij. Et quod post Joannis doctrinam secuta est doctrina christi: ideo sequitur euangelium que est doctrina christi postquam secuta est fides apostolorum ideo sequitur symbolum. Quare autem epistole non sunt de libris moysi: quod in illis promittuntur temporalia. In epistolis vero pauli eternalia. Et hac ratione lectiones de libris moysi

terminantur in grauem accentum. Sed lectiones epistolarum in acutum: quod sursum tendunt. Graduale secundum Innocentium dicitur a gradibus in quibus cantabatur. et significat conuersionem fidelium penitentium. Et interponitur versus: ad designandum quod nullus ueram penitentiam facit nisi plene conuersus sit ad deum. Et obmittitur graduale in festis paschalibus et loco eius dicitur. Hec dies. Quia illi dies statum ecclesie futurum felicem insinuant: scilicet statum post resurrectionem ubi non erit pena sed gaudium. Aleluia uox leticie significat gaudium penitentium quod habet ex promisso premio. Et canitur etiam in aduentu: quod habet sancti patres habuerunt spem de incarnatione christi: tamen quod certi de hoc erant: ideo exultabant. Sed in septuagesima obmittitur: quod tunc casus primi hominis defletur loco cuius canitur tractus cum pleritate et asperitate uocis: significans pleritatem miserie presentis incolat. Et hoc Symachus papa instituit sicut et collectas. Additur etiam quod prosa post aleluia. scilicet que est uox exultationis: ad designandum gaudium corporis et anime. Et est instituta a Nicolao papa. Primum enim cantabatur neuma a quodam longum post aleluia: loco cuius Nicolaus papa in festiuitatibus precipuis psalmi cantare instituit. Significat etiam diuina protractio notarum ipsius aleluia gaudium celestis patrie quod est absque fine: et fit sine uoce significatiua: quia tale gaudium nulla lingua exprimere potest etc. Euangelium quod legitur in sinistra parte altaris designat quod per ipsum peccatores sunt uocati. Et dicitur versus aquilonem ad uitationem malorum et uitationem bonorum. Mali enim per aquilonem significantur. Nam per aquilonem diabolus frequenter designatur contra

Expositio

quē est euāgelium. Et dicitur in loco alto. scilicet in pulpito. quod non fit in epistola: quia altus locus datur seruantibus euāgelium quia celum. Et propter hoc etiam terminatur in altum. Premittitur autem ante euāgelium. Dominus vobiscum: saluatio populi: per quod disponit populum ad audiendum deuote. Et chorus rīdet. et cum spiritu tuo: id est sicut tecum deus ad dicendum verbum dei: ita nobiscum sit ad audiendum. Deinde signat se in principio et in fine. Primo in libro facit signum crucis: quasi dicat crucifixum predicat. Secundo in pectore: quasi dicat crucifixum credo. Deinde in facie: ac si dicat crucifixum predicare non erubesco. Similiter populus faciat ne diabolus vertat facies ac mentes eorum ab auditione verbi dei in principio et in fine: ne verbum tollat de cordibus eorum. Debet etiam populus stare et non sedere: in signum quod sunt parati pugnare pro euāgelio: et caput eleuare in signum reuerentie. Et hoc statuit Anastasius papa primus. anno domini. cccc. et liij. habetur etiam de consuetudine. di. j. apostolica. Item arma vel baculos ponere in signum quod iuxta doctrinam euāgelicam parati sunt non armis sed patientia se defendere iuxta illud. Si quis te percusserit ad unam maxillam: prebe ei alteram. Aliquando autem thurificatur circa euāgelium: per quod significat odor bone operationis iuxta illud. Si luceat lux vestra etc. Datur etiam osculum libri tamen sacerdotibus post euāgelium et clericis. ad designandum quod ipsis debet esse manifesta diuina secreta: ceteris autem in parabolis. Luce. viij. Post hoc canitur symbolum Nicenum: quod Martinus romanus post Siluestrum instituit anno domini. cccxxix. Et dicitur a sim quod est con et bolos morsus: quasi compositum per morsellos paruos. id est articulos. Est enim

collectum ex diuersis locis sacre scripture: in quo est tota fides. Compositum est tamen propter maiorem cautelam: scilicet propter hereticos: ne sit difficile querere articulos fidei in scripturis multis. Et est triplex symbolum. Primum apostolorum scilicet Credo. quod comiter dicitur in prima et in completorio. Secundum Athanasij scilicet Quicumque vult saluus esse. Et tertium nicenum: quod in synodo nicena fuit compositum. Istud autem potius canitur in missa quam aliud: quia conditum est tempore veritatis pro palate contra hereticos insurgentes: et clarum est determinatum fidei quam symbolum apostolorum: ideo potius canitur istud quam illud. Unde licet eadem sit veritas vtrobius: magis tamen clare in vno quam in alio. Canitur autem alte et expresse ut omnes illud discant et sciant.

De tertia parte misse.

Consequenter videndum est de tertia parte misse que dicitur oblatio: que continet sub se sex partes. Prima est populi exultatio: pro quibus offerre debet. et hec signatur per offertorium. Secunda est oblationis presentatio: ibi. Suscipe sancta trinitas. Tertia est altaris thurificatio. Quarta cordis humiliatio: cum dicitur in spiritu humiliatio. Quinta sequens oratio: scilicet secretum. Sexta manuum ablutio. Circa quod sciendum quod sacerdos post symbolum dicit: dominus vobiscum. ad significandum quod ex quo debet ad oblationem accedere. et nulla oblatio potest esse accepta sine deo: ideo dicit dominus vobiscum. Et quia tamen sacerdos quam populus debent esse valde attentum circa oblationem hostie salutaris. vnde tunc quasi excitando populum sacerdos dicit. Oremus. Non tamen ulterius prosequitur voce alta: sed sub si-

lento dicit offertorium. p qd denotat suam intentione maxime recollecta ad deum. Significat etiam illud silentium latibulum xpi ante passionem qm iudei conspiraauerunt contra eum: vt si quis eum confiteretur: extra synagogam fieret: cantat tamen tunc chorus valde letabunde ad designandum hilaritatem offerentium: quia datorum hilarum diligit deus. Et quia legitur etiam de dauid q citharam cum taboribus percutiebat. Tenentur autem fideles ad oblationes secundum consuetudinem approbatam in aliquibus festiuitatibus: vt de conse. di. iij. omnis christianus. quia dictum est a domino. Non apparebis in conspectu meo vacuus. Licet autem hoc sit preceptum tamen quantum ad quantitatem. vt tantum vel tantum offeratur non est preceptum sed consilium. iuxta illud. Exo. xrv. Ab omni homine qui offert vultone accipietis eas scilicet oblationes.

Sequitur secunda pars tertie partis: scilicet oblationis presentatio. Circa quod sciendum q sacerdos volens presentare oblationes deo: parat primo materiam. Et primo pro hostia accipit panem triticum azimatum mundum et purum. et pro sanguinis perfectione accipit vinum bonum et lapidum admixta modica aqua que posset absorberi a vino: quo facto dicit. Fiat haec commixtio vini pariter et aque. In nomine patris et filii et spiritus sancti. Deinde accipit calicem tenendo vna manu in medio: et reliqua sustentando pedem calicis: et alte subleuando dicit. Suscipe sancta trinitas haec oblationes. que oratio de se indicat. quid vel pro quo tunc oratur: tunc enim orat ecclesia deum etc. Dicta autem ista oratione de calicem deponere deorsum: et patenam desuper tollat et panem ad pedes calicis collocare videlicet inter se et calicem secundum modum magis commune.

Calix significat christi diuinitatem: patena humanitatem: que diuinitatem: sicut patena calicem continet. Sed tunc patena sub corporali obseruatur: quia discipuli relicto christo omnes fugerunt. Calix autem corporali operitur: quod significat sepulturam christi. debet autem corporale esse de lino mundo et candido secundum Hugonem et secundum concilium Lugdunum. vt etiam habetur in bocardo. li. iij. Hoc instituit Silvester primus anno domini. cccxv. Nec debet in eo alterius rei materia preciosior aut vilior misceri. vnde dicebat Joannes de deo secundum quod refert archidiaconus de conse. dist. j. consultu. q illi grauitur peccant et offendunt qui mittunt corporale confici cum farina ad hoc quod stet rigidum super calicem. Nec tale corporale debet per mulieres lauari: nisi per sacerdotem prius lauetur in vase specialiter ad hoc deputato: in quo nihil est postmodum lauandum vt dicitur de conse. di. j. nemo. Significat autem hoc corporale secundum archidiaconum vbi supra. ecclesiam. Quod autem superponitur calici significat quod christi passionem ecclesia non desinit imitari. Corporale autem multo labore candidatur: et ecclesia multo labore christo conformatur. Item signat syndonem in qua christus fuit inuolutus: et ideo fit corporale de lino: quia sicut linum multis pulsionibus et tensionibus ad candorem deducitur. ita ecclesia per illud significatum que per corpus christi intelligitur: multis pressioibus et passionibus ad candorem vite eterne perducitur. Et ita etiam corpus christi per illud significatum per multas tribulationes venit ad gloriam. vt dicit glo. c. consultu. de conse. di. j. Et quia dictum est quod calix coopertus significat christi sepulturam: hinc est quod tunc maria Magdalena venit ungere iesum etc.

Nota

Expositio quarte z quinte

Tertia pars est altaris thurificatio. maria enim Magdalena accepit librā unguenti nardi pistici preciosi z unxit pedes iesu. z domus impleta est ex odore unguenti. Et sacerdos in modū crucis superducit et circumducit incensum supra sacrificiū et altare: vt et crucis signaculo et thuris incenso diabolice fraudis malignitas extricetur z effugiat. Quod vero tertio superducit z circumducit incensum designat quod maria ter exhibuit z adhibuit unguentū circa corpus iesu. Primo cū unxit pedes ipsius in domo simonis pharisei. scdo in domo simonis leprosi super caput eius unguentū effudit. Tertio cū emit aromata vt veniens ungeret iesum zc. voluntas enim reputatur pro facto: cū z per se ipm non steterit quominus expleisset quod incepit. Quod vero postmodum vndiqz totum incensatur altare: designat quod factū illud totā respersit eccliam: sicut dñs ipse testatur dicens. Amen dico vobis vbi cunqz zc. Mathei. xxvi. Et Leo papa statuit incensum super oblatā fieri: quod et consiliū Rhodomagenū. fieri statuit. De alijs etiā thurificationis significationibus plura vide in rationali diuinorum.

Sequitur quarta pars tertie partis d̄ humillatione. vbi sacerdos dicit inclinato capite. In spū humillitatis zc. z est oratio Dan. iij. ca. vbi sacerdos profunde inclinatur habens manus ante pectus: z circa hoc osculatur altare in signū crucis: quia per passionē crucis reconciliati sumus deo: z in eius amicitia admissi. Ad Ephesios scdo. Alij tamē nō osculatur hic altare. Deinde sequitur oratio. Vbi sciendum quod sacerdos vertit se tūc ad populum eos salutando dicens hec verba. Orate pro me peccatore. per que ver-

ba sacerdos implorat auxiliū circumstantiū: propter altitudinē sacramenti. Et debent ista verba sonorose z expresse dici. Et tunc vertit se sacerdos ad alterā partem dicens. Dñe exaudi orationē: quia tunc orat singulari oratione. Et in hoc multi errant supresse illa verba dicētes z cū hoc nolētes se vertere ad pplm: nec ad alterā partē altaris: quod non est sine peccato. Ista autē cōuersio ad populū cū silētio subsequēte significat occultā apparitionē xpi qua apparuit Petro: quia licet certum sit quod ei in die resurrectionis apparuit: vt dicitur Luce vltimo. tñ incertum est vbi: ergo fit sub silentio. Unde quinto sequitur secreta quia secrete dicitur: vt notetur mentalis cōuersio ad deum: vt sit sacrificiū ante deum gratū. Debent enim tot dici secrete quot fuerunt in principio collecte z eodē ordine poni z cōcludi. Sed tñ in fine oium dicitur expresse: p oia secula seculorū. s. ad significandum quod licet sacerdos orat vt persona singularis: tñ ex quo p toto populo orat: ideo occulte nō debet finire. Vel innuēdū quod sacerdos hic postulat auxiliū populi. Unde expresse respondet clericus amen. ad designandum quod post lazari resurrectionē; christus publice predicauit.

Estat nūc videre de quinta parte tertie partis quā dicitur sequēs oratio vel prefatio: quā habet quattuor partes. In prima popul⁹ salutatur cū dicitur dñs vobiscum. In scda rō assignatur ibi. vere dignū. In tertia laus diuina a populo cātatur cū d̄r. sanct⁹ sanctus zc. In quarta canon ipse inchoatur ibi. Te igit̄ clemētissime zc. Quantū ad primū sacerdos salutādo populū primo excitat eū ad attentionē dicens: dñs vobiscū. Scdo ad mentis

erectione ibi. sursus corda. Tertio ad gratiarum actiones ibi. gratias agamus. Excitatur autem ad attentionem propter reuerentiam sacramenti in quo Christus sumitur ipse fons bonitatis. ideo sacerdos dicit. Dominus vobiscum. Deinde dicit. sursus corda ad designandum quod circa hoc sacramentum debemus habere altitudinem contemplationis: et ea que sursus sunt appetere: ut dicitur Col. iij. Et etiam quia istud sacramentum non potest rite perfici sine illo que est sursus a quo bona cuncta procedunt. ut dicit Grego. Et a quo omne bonum procedit. ut dicit Jaco. i. Et ad designandum quod hoc sacramentum non prodest nisi habentibus corda sursus. Ad quod statim respondit minister. habemus ad dominum. Et est sensus. id est habemus corda nostra ad dominum leuata. Sed forte in hoc multi metuntur habentes corda depressa: quos arguit propheta dicens. Filij hominum usqueque graui corde. Tertio excitat populus ad gratiarum actiones: ibi. gratias agamus domino deo nostro. ubi vide congruentiam laudis: quia enim est dominus ergo a suis vult laudari. Mala. i. Si ego sum dominus ubi est honor meus: et quia deus ideo vult coli: et quia non est: ideo specialiter vult honorari vel venerari. Et quia tam innocentes quam penitentes habent laudare deum: ideo dicitur recte: dignum et iustum est. Et certe dignum ratione sue maiestatis iuxta illud Apoc. viij. Benedictio et claritas et sapientia et gratiarum actio honor et virtus et fortitudo deo nostro. dignum etiam pro tantis beneficiis nobis impensis dignum ratione superabundantis charitatis: ex quo proprio filio suo non pepercit deus etc. Quarto statim ratio assignatur huius a sacerdote cuius dicitur Clero dignum. Et hic incipit prefatio que representat illud gaudium puerorum cantantium in die palmarum. Benedictus qui venit in nomine domini.

Tempore autem quo cantatur prefatio debent manus eleuari ad designandum quod tunc sacerdos vult orare pro celestibus. et per ista verba sacerdos approbat primo deum digne esse laudandum. Secundo inuitat angelorum exemplo cum dicit. quam maiestatem tuam laudant angeli. quod dicitur in Innocentio. Dignum est: quia mera nos voluntate fecisti. Iustum. quia mera misericordia redemisti. Equum. quia gratuite nos visitasti. Salutare: quia perpetue nos saluasti. Nos tibi semper. id est in omni tempore. Et ubique. id est in omni loco Et si non actualiter tamen habitualiter: non ponendo videlicet obicem mortalitatis peccati. Unde non cessat orare qui non cessat bene facere secundum Augustinum. Circa quod sciendum quod tantum decem sunt prefationes. Pelagius enim papa statuit nouem. sed Urbanus papa anno domini. cccxliij. addidit decimam de beata virgine. Quotidianam autem prefationem fecit Symachus natione sardus anno domini cccxcij. Prima est de natiuitate. Secunda de epiphania. Tertia de quadragesima. Quarta de resurrectione. Quinta de ascensione. Sexta de pentecoste. Septima de trinitate. Octaua de sancta cruce. Nonna de apostolis. Decima de beata virgine. De hoc habetur de consecratione distin. i. inuenimus. ex quo patet prefationem nouiter inuentam de dedicatione ecclesie esse superfluum et erronee introductam. nisi alias interueniret auctoritas pape. de qua tamen usque modo non constat. Unde illi ea utentes grauius peccant. Cum enim unam collectam minimam non possunt mutare vel addere: multo magis tam solenne prefationes pro suo libitu immutare quis presumat. Deinde sequitur sanctus

atende

De sacramento

quod Sixtus primus anno domini. cxxix. instituit per quod sacerdos orat ut laus nostra et voces nostre laudibus et vocibus angelorum associetur: quia angeli semper cantant sanctus. Tertio autem canitur ad honorem trinitatis. Osanna bis: ad designandum duplicem stolam seu gaudium corporis scilicet et anime: et significat tantum id est obsecro salua.

Sequitur sexta pars tertie partis principalis missae: scilicet ablutio manuum. Primario enim sacerdos abluunt manus ad significandum quod debet carere mortalibus: sed in hoc loco abluunt quia iuxta posse suum debet etiam carere venialibus. Et ideo solum cuspita digitorum perfundit. Et licet aliqui dicunt tunc versiculum. lauabo inter innocentes manus meas: tamen conuenientius obmittitur propter continuationem sequentis canonis: qui incipit. Te igitur: cuius prelude fuit sanctus. Sensus enim est. Te igitur clementissime. id est te qui sanctus es dominus deus sabaoth deprecor: quod congrue fieri non posset interpositis aliquibus verbis puta. Lauabo iter innocentes manus meas etc. que faciunt notabilem discontinuationem illarum orationum principalium et ideo cautius obmittitur quam dicitur.

De quarta parte missae.

Sequitur quarta pars principalis missae. scilicet canone. Ad cuius euidenciam sciendum quod canone grece interpretatur regula latine: quia multum regulate compositus est. Dicitur autem quod Gelasius papa canone principaliter ordinavit: sed a pluribus sit aliquid additum in eo: tamen ab uno est compositus. Dicitur autem quod Clementis sanctus anno. lxxj. post letum instituit canone ante consecrationem: et ita dicitur canon quasi ex regulis sanctorum

patrum editus et compositus. Dicitur etiam sub silentio per Innocentium primo ad significandum quod christus secesserat in effraeniam iudeis. Secundo propter maiorem conversionem mentis ad deum: quia tunc sacerdos debet intrare thalamum cordis: et ostium sensuum clauso deum orare. Tertio propter periculum euitationem ne usu quotidiano verba sacra vilescant. Quarto propter maiorem reuerentiam: quia que in publico fiunt citius vilescunt. Hec Bernardus de parietinis. Incipit autem ab illa littera. Te. que valde representat signum crucis ad significandum quod hoc sacramentum seu sacrificium fit ad memoriam passionis christi in cruce. Et fit circa canone imago crucifixi ut tanto melius imprimatur memoria christi passionis in cruce ipsi celebrati. Accedens autem sacerdos post abluitionem primo benedicit se secundo compositis manibus osculatur imaginem crucifixi: inclinando se humiliter: designans humilem inclinationem: quam fecit christus ante suam passionem: in qua factus est sudor eius sicut gutte sanguinis decurrentis in terra. sicut habetur Lucae. xxij. Alii autem osculantur altare. ad significandum: quod per hoc sacramentum acquiritur veram dilectionem cum christo: quia minister non debet esse infidelis: ut iudas. Deinde incipit dicens. Te igitur. Circa quod notandum quod illa coniunctio igitur est illativa: respectu precedentium: unde ex quo dixit prius: sanctus dominus: nunc infert. Te igitur clementissime pater qui es sanctus. Dicitur autem clementissime: quasi in misericordia summe abundans. Et hec verba dicens sacerdos se inclinat designans christi humilitatem seu humiliationem ad passionem. Additur etiam per iesum christum filium tuum dominum nostrum. Hoc

fit ideo: qz xps docuit in suo noie oia esse petenda. iuxta illud Joānis. xvi. Amen amen dico vobis: si quid p̄ez petieritis in noie meo. zc. Describit̄ autē quadrupliciter. Primo vt saluator: qz iesus. Mathei primo. Vocabis nomē eius iesus. qd̄ interpretatur saluator. Sc̄d̄o vt rex: qz xps qd̄ interpretatur vnctus. Psal. Unxit te deus deus tuus. Tertio vt patri naturaliter dilectus: qz filiū. Quarto vt nobis prelat̄us: qz d̄m nostrū. Supplices. i. humiles rogamus. fm̄ Bern̄. de parantinis. rogamus pro illis que nobis deficiūt: ac petimus pro illis que ad salutem nostrā nobis necessaria sunt. Ut̄i accepta habeas. i. accipias seu grata habeas. Et aliqui hic osculātur altare quasi ostendentes se cōpati christo sed nō est de essentia. Et debet p̄duci illa d̄ctio vti in fine. Nam licet idem valet vt et vti: tū plus est expressiua. Hec dona. dicuntur dona que dantur a superiorib⁹: qz hoc sacrificiū fit virtute supremi dei: ideo dicit̄ donū. Munera. dicuntur munera: quia dantur seu offeruntur ab inferioribus. hoc em̄ sacrificiū ministerio sacerdotū offertur deo patri. Hec sc̄ta sacrificia dicuntur. quia fiunt pro peccatis nostris. Dicuntur autem illibata. i. incorrupta nō q̄ illa accidētia nō possunt corrumpi: sed q̄ contētum sub eis: sc̄z corpus xpi z sanguis nō corrūpitur: iuxta illud. Non dabis sanctū tuum videre corruptionem. Fiunt aut̄ tres cruces in verbis istis. Hec dona. hec munera. hec sancta sacrificia illibata. Pro quo sciēdū q̄ sacerdos ideo vtitur sepissime signo crucis circa hoc sacramentum magis q̄ circa aliud: quia istud sacramentū est magis memoriale passionis xpi que ad crucem est terminata. Fiunt autem hic primo

tres cruces ad designandū triplicem christi traditionem: quarū prima fuit gratiosa a deo patre ex dilectiōe: q̄ p̄prio filio suo nō pep̄cit: s̄z p̄ nobis tradidit illum. Sc̄da fuit a iuda: q̄ fuit ex auaricia z cupiditate: eo q̄ pecuniam pro eo recepit: quā appellat mercedē iniquitatis. Tertia fuit a iudeis q̄ fuit ex inuidia: qz sciebat Pilatus q̄ p̄ inuidiā tradidissent eū. Quia igitur de⁹ pater dedit eum nobis in donū: ideo prima crux fit cum d̄r hec dona. Et qz iudas pro munere tradidit eū: ideo secūda crux fit cum d̄r hec munera. Quz vero iudei ad mortē tradiderūt eum: vt crucifigeret̄ in sacrificiū illibatum ideo tertia crux fit cum d̄r: hec sancta sacrificia illibata. Vel etiā fm̄ Guil. manitimensē: tres cruces fiunt in reuerentia eius q̄ est trinus deus in personis: cuius potētia fit p̄uersio panis z vini. Et fm̄ Bern̄. de parantinis significat crucifixionē triplicē: quarū prima fuit in voluntate z affectu quādo colligerūt p̄tiffices conciliū: Joānis. xj. z Mathei. xxvj. Secūda fuit in vocib⁹ clamantiū crucifige crucifige. Luce. xxiij. z Joannis. xix. Tertia in crucifixione manus et pedum. Luce. xxiij. Est itaqz sensus istorū verborū quantum ad triplicē effectum. Nam qz xpo datus ē liberaliter: ideo d̄r dona pluraliter: qz vero datus est vtiliter: ideo d̄r munera: et qz datus est vt nos sanctificaret mentaliter. ideo dicitur sacrificia illibata. i. imaculata. Sed quare d̄r pluraliter dona munera zc. et nō donum munus zc. cum hic nō fiunt plura sacrificia seu sacramenta sed vnum tantū. Respondet̄ q̄ licet corpus z sanguis xpi sint proprie loquēdo cōposita distincta: tū dicitur vnū integritate: sicut comestio in vna mēsa quantūcūqz fercula sunt.

*V. in ocellis
desacrosanctis
visu miferio
16. 3. c. 3. &
rationale.
L. 4. de ex
positione. feigit
1. 1. 1.*

Expositio quarte

diuersa aut potus diuersi nihilominus dicitur vna comestio et hoc vnitatem integritatis: quia cibus et potus simul integritatem refectioem: et habent vnum effectum et nutritionem. Et isto modo istud sacramentum dicitur vnum. Quando ergo dicuntur dona munera pluraliter referunt ad illas substantias panis et vini quae plura sunt composita per se et nondum sunt corpus et sanguis christi vnum. Unde secundum Hieronimum super Matheum, quauis ibi sint plura materialiter: non tamen formaliter: propter vnam operationem quam intendunt. scilicet refectioem spiritualem.

Sequitur. In primis que tibi offerimus: ubi ponitur optatio salutis eorum pro quibus offeruntur hoc sacrificium et cui quia deo patri: vnde dicit in primis. id est principaliter tibi. Secundo quis offert quia sacerdos ex parte totius ecclesie: ideo dicit offerimus non offero. Ex quo patet quod malicia sacerdotis non vitiat effectioem consecrationis: quia non offert ex bonitate vel malicia propria. sed ex officio quod gerit ex persona ecclesie. Tertio pro quo offertur. Et primo quia generaliter pro tota ecclesia: vnde dicit pro tota ecclesia catholica. id est vniuersaliter toto orbi terrarum diffusa: et fidelium sacramentis unita. non pro synagoga iudeorum abiecta et dispersa ubique per diabolum. Quarto ostendit qui petit. vnde dicit quia: scilicet ecclesiam pacificare digneris. ut scilicet pacem habeat ab hereticis et schismaticis: digneris etiam adunare. id est in vnitatem colligere que dispersa est inter perfidos vel paganos. Unde secundum Basilium. manitum. orat hic presbyter pro inuicem discordantibus: ut vniantur in charitate. Additur autem ut custodire digneris: scilicet a vitijs et demonibus et regere: scilicet in prosperis. Deinde orat personis singularibus: et primo pro capitaneis ecclesie: scilicet

papa: que verba addidit Clemens: et postea Pelagius papa confirmavit. vnde idem dicit. Constat ab vniuerso orbe separatum esse qui ob quolibet dissensionem inter sacra mysteria apostolici pontificis secundum consuetudinem memoriam non frequenter. Deinde pro episcopo proprio vnde dicit per antistitem nostrum: quod episcopus celebrans obmittit cum sit met antistes: post hoc addit de seculari principe. vnde dicit. et principe nostro hoc enim est consilium apostoli. i. ad Thimotheum. iij. ca. ubi inquit. Obsecro primo omnium fieri obsecrationes orationes postulationes et gratiarum actiones pro omnibus hominibus pro regibus et pro omnibus qui in sublimitate sunt constituti: ut quietam et tranquillam vitam agamus in omni pietate et castitate. Debet autem intentio celebrantis fieri ad personam illius episcopi in cuius diocesi celebrat. Rome tamen non dicitur pro antistite nostro quia ibi papa est episcopus. Similiter dicendum de principe illo in cuius regno vel ducatu celebrat: deinde descendit generaliter oratio pro omnibus fidelibus. Unde dicit et pro omnibus orthodoxis. id est veris catholicis non schismaticis vel hereticis. Unde orthodoxus dicitur ab orthodoxo. id est quod est rectum. et doctoris gloria vel doctrina quasi recta gloria vel doctrina. Qui ergo recte glorificant deum et rectam fidei doctrinam sequuntur orthodoxi vocantur: atque apostolice et catholice fidei. id est per apostolos fundate et predicant fidei cultoribus. **M**emento domine famulorum famularumque tuarum. ubi iterum descendit in speciali ad memoriam ceterarum personarum. Unde licet deus noscat omnia nec opus est sibi demonstrare personam pro qua orat presbyter: cum omnia nuda sint oculis eius. Iacob. iij. Sed tamen obliuisci dicitur illorum quibus

gratiā suam non infundit. Similiter dicitur illorū recordari quibus grām suā z dona largit̄. Et est modus vulgariū quo cōiter dicunt tribulati: de⁹ oblitus est mei. Petit ergo hic duo. Primo explicite pro quibusdam. Scdo pro oibus circūstantib⁹. Unde dicit. Memēto dñe famulorū famularūq; tuarū: nō dicit seruorū: quia seruitus pctm̄ d̄ signat. Joā. viij. Qui facit peccatū seruus est peccati. Et tales quādiū sunt in pctis obliuiscuntur a deo: iuxta illud. Peccatores non exaudiet deus. Joan. ix. Sed famul⁹ d̄ a fauore quia est in fauore z grā dñi: vt sunt peccatores conuersi z penitentes pro peccatis: z tales deus nouit. vñ petit presbyter recordari taliū. Et sciendū q; sacerdos d̄z facere memoriā ordināte vt. s. primo oret p̄ illis qui sunt maiorī charitate diligēdi. Et q; ordinata charitas incipit a se: ideo primo facit memoriā sui ipsius: cogitādo tantum mente vel exprimēdo vt de⁹ sui miseretur. et dimittat peccata et tribuat grām. Deinde orat pro patre z matre parētib⁹ z fratrib⁹ atq; sororib⁹. Tertio pro benefactorib⁹. Quarto pro inimicis z p̄ persecutorib⁹. Quinto pro infidelibus vt cōuertātur ad fidē. Et hic quidē faciunt eis dispositionē in mente satis pulchrā: facientes talem memoriā ad similitudinē ordinis casuū. quorū prim⁹ est. Nominatiuus. in quo sui ipsius recordātur. Scds est genitiuus et significat genitorē. i. parentes. Tertio d̄t̄us z significat datorē vel benefactorē. Quartus actiūs z significat accusatorem vel inimicū. Quintus vctiūs z significat vocādos ad finem. Sextus ablatiūs z significat mortuos a nobis ablatos. Et de istis fit mentio in scdo. memoria. Sed quare prius pro viuis q̄ pro mortuis

oram⁹. Rñdeo q; viui sunt in maiorī periculo. q; p̄nt dānari. Mortui autē pro quib⁹ oratur sunt in purgatorio. de quib⁹ nō timetur. Et de ista memoria d̄z se cito expedire propter distractionē mētis z euagationē. non sicut quidā faciūt dormitātes in tali memoria: ita q; qñq; populares recedunt a missa tedio victi. z hoc est scādalum: et per consequens fugiendum.

Sequitur. Et oim circūstantiū. s. Sauditium missam digneris esse propiti⁹ quos vides i te credere recte z te deuote diligere. Et ex hoc p̄t̄ q; valde vtile ē iteresse misse: q; p̄ talib⁹ specialiter oratur. Cū statutum est vt oēs fideles audiat missam. dñicis diebus z festiuis dieb⁹. de cōse. di. j. oēs fideles z. c. missas. Et dicūt doctores hoc idē esse preceptū. vt ibidez patet. Sequitur pro quib⁹ tibi offerim⁹: vel qui tibi offerūt. i. nō solū illis digneris misereri pro quib⁹ hoc offerim⁹ sacrificiū laudis. sed etiā illis qui soli hoc offerūt pro se suisq; oibus videlicet cōsanguineis z affinib⁹ familiaribus z amicis. pro redēptione animarū suarū. q. d. non pro tēporali lucro: sed p̄ spe salutis z incolumitatis sue. s. pro salute z incolumitate sua speranda. Et quia bona hoīs triplicia sunt: ideo pro eternis prius orat. s. pro spe salutis. scdo pro corporalib⁹: ideo dicit incolumitatis. i. corporalis sanitatis. tertio pro spūalib⁹: ideo dicit seu addit pro redēptione aiarum suarū. Sequitur qui reddunt vota sua eterno deo viuo z vero. Vota dicuntur illa q; voluntarie promittūtur. Dicuntur autem vota nra: quia fiunt a nobis ex libertate arbitrij sine coactione. Dicuntur etiā dei. quia per gratiam eius fiunt quam dat illis qua vouēt: vt possint etiā ea perficere. Sed

Expositio

circa predicta queritur quare presbyter non orat: primo pro se: sed prius et principaliter orat pro papa: et se obmittit. Ad quod dicendum quod ibi orat ut persona publica. ideo publicum bonum seu commune protulit proprio bono. hic autem orat ut persona singularis intrando memoriam singularium et privatarum personarum. et ideo preponit se omnibus.

Communicantes. Postquam posuit commemorationem illorum qui salute indigent. hic ponit illos qui ad salutem adiuuant ut sunt sancti. Et primo ponit ens in generali. Secundo in speciali. Dicit ergo: cōdicantes. Et hoc composuit Linus papa. Cōdicantes. id est participantes cum sanctis in hoc quod deum videmus: licet differenter quia nos per fides. ipsi ad oculum. tamen ex quo idem obiectum habemus cum illis: scilicet unum deum. ergo participamus cum eis: et memoriam venerantes id est veneranter colimus. In primis gloriose semper virginis marie genitricis dei et domini nostri iesu christi: scilicet et beatorum apostolorum ac martyrum tuorum Petri et Pauli. ubi ponit. xij. apostolos et xij. martyres. Confessores autem non ponit: cuius ratio est. quia tempore quo posuit est canonicum non celebrabatur memoria confessorum ita solenniter: vel ideo ponuntur martyres: quia imitati sunt christum in passione: et maximum honorem ostenderunt pro ipso morientes: quod non fecerunt confessores: hoc autem sacrificium est maximi amoris. Ponuntur etiam aliqui martyres minus notabiles quod factum est divina dispensatione. Nam ut dicitur dum sancti partes delevisent istos et alios scribere vellent: cras inveniunt illos deletos aureis litteris scriptos. Unde bonum est etiam aliquando minus sanctis reputatis reverentiam impendere et eorum suffragia postulare: quia secundum Theodorum. qui-

busdam sanctis datum est patrocinari specialiter et in specialibus negotiis ut beato Antonio contra ignem etc. Preponitur autem omnibus sanctis beata virgo maria: quia ipsa est salutis nostre precipua adiutrix: et ipsa in celo primum locum tenet post dei filium. deinde ponuntur apostoli: quia ipsi tradiderunt nobis formam et ritum huius sacrificii. deinde martyres qui pro illo qui est in hoc sacramento se obtulerunt hostiam viventem. Petimus autem hic eorum suffragium: significantes quod quamdiu sumus in hac vita necesse habemus eorum suffragia postulare: cum ipsi christo sint in gloria propinqui. unde possunt nobis impetrare gloriam. Post elevationem vero petimus eorum consortium: designantes per hoc quod post resurrectionem iungemur sanctorum consortio et non indigebimus suffragio. Non dirigimus autem orationes nostras ad sanctos: ut per eos impleatur que postulamus. sed ut eorum precibus nostre orationes sortiantur effectum. In quibusdam libris ponitur hic signum crucis cum dicitur muniamur auxilio: scilicet non habet fundamentum cum non petimus hic muniri signo crucis. sed patrocinio sanctorum. Quomodo autem sancti vident orationes nostras. dicit hic Bernardus. de parantinis quod cognoscunt eas cognitione naturali vel beata: sed virtute revelationis per quam cognoscunt orationes nostras vocales siue mentales. Sit etiam additio in quibusdam festivitatem: quia ibi petimus protectionem divinam speciale. ut in natali. in epiphania. in pascha. ascensione. et pentecoste. in quibus specialia dona circa nos facta recoluntur: que nobis dari tunc postulamus. In fine autem hic non dicitur amen: quia angeli respondent amen.

Hanc igitur oblationē. hoc addit Leo papa anno dñi. ccccliiij. vbi q̄si cōprehendēdo oīa supradicta summarie cōcludit. Petit ergo quatuor. Primo petit acceptionem oblationis. vñ dicit. Hanc igitur oblationē seruitutis nre. Et vide quare hic presbyter specialr appellat se seruus. superi⁹ vero alios appellat famulos. Ratio qz quilibet d̄z se reputare peccatorē z nō alios. Dicit aut̄ hec oblatio seruit⁹: qz sum⁹ empti ista oblatione. iuxta illud. Empti estis precio magno. S̄z z cuncte familie tue q̄ tibi famulant̄ z seruiūt. vt placat⁹ accipias. licet em̄ de⁹ sit semp placat⁹. i. misericors quātum est in ipso sacrificio. tñ sepe offendit ex parte ministrorū qñ sunt in pctō. Sequitur diesqz nros. vbi petit fedus pacis. Vñ dicit. diesqz nostros i tua pace disponas. z loq̄tur nō solū de pace tēporis s̄z etiā pectoris. que est cessatio a pctis: atqz ab eterna dānatione. Mos eripi: vbi petit euasione carceris. i. dānationē ppetuā. Et i electorū tuorū iubeas grege munerari. vbi petit adiūctionē cū electis p iesuz xp̄m dñm nrm. Et istā pticulā sanct⁹ Greg. cōposuit. fit aut̄ appositio isti⁹ particule certis. dieb⁹ vt in resurrectione z pētecoste. Ex quo em̄ petim⁹ remunerationē q̄ fit p resurrectione xp̄i z spū sancti missionē ideo tunc fit additio. fm̄ alios etiā in cena dñi: qz p illud sacrificiū tūc institutū datur remuneratio iuxta illud. Qui māducat hūc panē zc. Hec aut̄ verba dicēs sacerdos se p̄funde inclinat: significās qz legalis sacerdos summo conamine obūbrabatur ne videretur. vel qz orauit christus p̄funde se inclinando z humiliādo ante horā passionis.

Sequitur scda ps canonis.

Quam oblationē zc. Hec ē scda pars canonis in qua ponit sacrificij p̄secratio: z h̄z tris dicta. Primo nāqz virtus cōsecrandi petitur. Scdo ipsa consecratio p̄ficitur. ibi q̄ p̄dte. Tertio rei cōsecrate cōmemoratio exprimit̄: ibi. Vñ z memores. Circa p̄mū: primo ponit sacrificij oblationē. Scdo oblationis b̄ndictionē: ibi. q̄sumus b̄ndictā. Tertio sacrificij trāsstantiationē: ibi: vt nobis. Dicit ergo. Quā oblationē. i. terrenā materiam ad corpus filij tui destinātā fm̄ Guil. matineū. Tu de⁹ q̄s in oibus. i. tota cogitatione: tota cognitione. tota mēte: z toto intellectu digneris facere benedictā. i. per quā hoies b̄ndicantur. Ascriptā. i. per quā hoies ascribūtur in celo. Ratā. i. per quā de visceribus xp̄i esse cēsantur. Rationabilē. i. per quā a bestiali sensu eruātur. Acceptabilē. vt q̄ nobismetipsis displicem⁹: per hanc acceptabiles vnico filio ei⁹ sim⁹. Ita exponit Augustin⁹ de pse. di. ij. vtrū sub figura. Sed Inno. exponit referendo ad xp̄m benedictā. i. immunē a pctō. ascriptā. i. scripturis p̄nūciatā z figuratā. Ratā. i. nō trāsitoria sicut vet⁹ lex. Rationabilē. i. quasi nō peculiare: sicut erat hostia legalis que nō mundabat a pctō. Acceptabilē contra illam de qua Esa. z Hier. dicūt. Oblulisti hostiam non acceptam. cōmuniter tñ hoc refertur ad differentiam oblationis iude. Illa enim traditio fuit maledicta: ideo ista sit benedicta. Illa aut̄ proscrip̄ta vel descripta de libro viuentium: ideo digneris facere ascriptā illam. Illa fuit irrita. i. iniqua z detestabilis. ideo de⁹ fac istam ratā. Item illa fuit irrationabilis: ideo de⁹ fac istā rationabilē. i. ratione plenā. vt fiat rōnabile nostre seruitutis obsequium. Ille reddidit

Expositio secūde

mala pro nobis: ppter qđ reprobatus est. sed tu deus fac hanc acceptabilem per quam tibi nos reddas acceptos. Sūt autē hic quinq; signa crucis: tres cōmunes super panē et calicē simul. quarta autē super panē: et quinta super calicē p se. Et significāt quinq; loca vulnerū ei⁹. Vel fm Inno. tres significant triginta denarios pro quibus venditus est xp̄s. Due autē venditionē et emptionē siue venditorē et venditū. Vel fm Bern. de paratins. et fm Guill. mantin. significāt tria que xp̄s fecit circa hoc sacramētum. Nam accepit: benedixit et dedit. Ecce tria: et specialiter fit crux super oblatā: et vna super calicē: quia dixit. Hoc est enim corpus meum. et iterum bibite ex hoc omnes. et sequitur. Ut nobis corpus et sanguis fiat dilectissimi filij tui dñi nostri iesu xp̄i. Ubi petit transubstantiationē panis in corpus xp̄i: per hoc verbū cum dicit fiat. Illud em̄ est verbū creationis siue creatoris. Gen. j. ubi dicit. Fiat lux: et sequitur: et factus est ita. et non dicit sacerdos vt faciam corpus xp̄i. quia non est nisi minister hui⁹ cōuersionis. ideo nō in propria persona: sed in persona xp̄i dicit fiat. Dicit autem dilectissimi filij tui: quia nullus potest esse dilectus deo quantumcūq; sanctus sicut xp̄s rōne cuius dilectionis propter ipsum totū mūdi peccata indulget. Sūt autē due cruces. vna super panē: alia super calicē: ad significādum qd hoc sacramētum valet ad salutem corporis et anime.

Sequitur: qui pridie. Hec vba addit Alexāder prim⁹ anno domini. cxxij. et hic perficitur psecratio. Circa quod primo representatur quid xp̄s in cena fecit: vnde dicit. Qui pridie. i. vna die anteq; passus est vel vna die precedente añ passionē accepit panē.

et in hoc loco ter s̄s dicitur sup corporale accipit sacerdos hostiā reuerenter: et d; eā tenere submisit: nō ostēdēdo populo vel ministro ne videatur aliquo modo ante cōsecrationē. vñ dicit. Accepit panē in sanctas ac venerabiles manus suas: et eleuatis in celū oculis ante deū patrē omnipotētem. Et hic eleuat sacerdos oculos supra celū: in quo xp̄s significatur: q; oculos mētis debem⁹ eleuare in celū: vnde veniat auxilium nobis vt dicitur psal. Quia omne bonū de sursum descendit. sequitur. Gratias agens nō pro se: sed pro nostra redēptione benedixit. et fit ibi crux sup hostiā que significat qd xp̄s passus est in natura humana: scz in corpore et anima. q; dixit. Tristis est anima mea vsq; ad mortē. Et ideo p se benedicitur hostia: per se calix. Et nō intelligas qd xp̄s benedixit. i. crucē fecit sup panem: cum virtus crucis nulla fuit ante passionē eius: sed benedixit. i. verba cōsecrationis. scz illa. hoc est enim corpus meū. super panē protulit: quoz virtute verborū facta est statim benedicta trāssubstantiatio panis in corpus xp̄i. vnde expone. benedixit. i. vñ benedictionis verbis p ipsum prolatis dedit: vt trāssubstantiaretur panis in corpus xp̄i verum. Sequit. Ac fregit deditq; discipulis suis dicēs. Accipite et comedite. Ubi sciendum qd licet dicatur qd xp̄s prius fregit et tunc cōsecrauit. tñ ita non intelligendū est qd xp̄s prius fregisset et tunc benedixisset. sed qd xp̄s post benedictionē et cōuersionē fregit. Vnde sic construe litterā. Accepit panem et benedixit. s. dicēs. Hoc est em̄ corpus. et tunc fregit deditq; discipulis suis dicēs. Accipite et comedite: hoc est enim corpus meū. Prius ergo protulit illa verba vt eis vñ cōficiendū tri-

*ene dixit
au corp
est*

nda

bueret. Deinde ea protulit vt aplos formā pficiēdi doceret. Ita dicitur q̄ semel protulit xp̄s illa verba: tunc sc̄z q̄n voluit dare apl̄is. Unde dādo eis tunc benedixit p̄ illa verba iam dicta: sc̄z hoc est em̄ corpus meū. Item dicit *Borra* super *Mat̄.* Et ita p̄ illa verba semel plata simul cōfecit z formā cōficiēdi dedit: vt dicit *Berū.* de parātinis. vnde sensus est benedixit fregit deditq̄ discipulis suis. et tunc dixit. Hoc est enim corpus meum: z iste est verus intellectus.

Hoc est em̄ corpus meū. Ista est forma cōsecrationis venerabilis sacramēti eucharistie: quā dicens sacerdos habeat intētionē verā cōsecrādi corp̄ xp̄i. Nō obmittat aut̄ illā cōtunctionē em̄: q̄z lz nō sit de substātia sacramēti. est tñ de essentia p̄cepti. vñ graūter peccaret obmittēs eā. Aliq̄ vero dicentes ista verba tenēt hostiā in manib⁹: ita q̄ possit videri a circumstantib⁹: qd̄ est graue periculū: q̄z tūc pōt adorari per simplices ante cōsecrationē: qd̄ erit graue peccatū idolatrie: z ideo teneat eā valde depresso in altari ne videat. Sit aut̄ eleuatio hostie sacratissimi corporis xp̄i vt ostēdatur oībus oblata esse ad salutē iuxta illud. Ego si exaltatus fuero a terra. zc. Sc̄do vt ex tūc ppl̄s cognoscat esse veritatē sacramēti que nō prius facta est: sed modo vt tā sciat veraciter adorare deū presentē. Expositio aut̄ istius forme verborū requirat̄ supra in tractatu de sacramētis circa sacramētus eucharistie. vbi sufficiēter expedita ē. Sequitur: similiter. zc. vbi ponit̄ forme cōsecrationis sanguinis xp̄i: vbi sciendū q̄ sacerdos volēs p̄ferre ista verba: debet ipsū calicē accipere ambabus manib⁹. z cū dicit *B̄ndixit:* debet facere crucē sup̄ calicē tenēdo ca-

di attactus in se vel in alia persona, aut respectu bestie in altera sp̄e. p̄ turpissimā & illicitā cōplacentiā consummatus. Si deniq; specialiter attact⁹ ipse in naturalis proueniata fedissima vilissimāq; delectatione que mollicies vel pollutio dicitur. Si quis autē in his vel aliquibus horū culpabilis est. sufficienter intelligere pōt qd̄ isti modi generales loquendi significant. nec enim particularius extra cōfessionē est abominabilis hec immūdicia explicanda. nec caste aures pure & innocentes horum prius ignotorum noticiam acq̄rant & scandalizentur. Sunt etiam casus isti enormium cōtra naturā peccatorū p̄lati maioribus. ep̄is. s. & suis penitentiarijs ad absolūendum reseruari. quorū aliqui fm̄ leges ignis pena plectuntur. Nec potest aliq; quotcūq; bona aut eleemosynas operetur: internū saluari si pudore motus hec peccata reticeat. vel adeo celet vt non possit confessor peccati speciem distinctus perpendere. ¶ Peccati nāq; perpetratio: debuit maiorem pudorem inferre q̄ eius reuelatio: p̄sertim in confessione. ¶ Incidit autē hō in horrendū peccatū hoc varijs de causis. Aliqñ quidē ex sola malicia alterius impellentis. sicut iuuenes aliqui pueri alios innocentes frequenter decipiunt. Aliquando ex nimio ocio. Frequēter ex sumptione nimia potus aut cibi: potuum p̄sertim aut ciborum excessiue nimis supercalidiorum. ¶ Sepe ex inhonestis verbis. aut aspectibus radicatis aut fixis. Quandoq; ex diuturna cogitatione circa carnalem actum. vel cōmixturem viri & mulieris. aut inordinato appetitu carnalis cōmixturem cum tali vel tali p̄sona. Interdū etiaz ex peruersa doctrina parentū seruito

rū aut ancillarū. siue (quod magnū facinus est) magistrorū: cum quibus iuuenis aliquis cōuersatur aut nutritur. Vel postremo ex sola peccantis malicia. ¶ Ceterum p̄pter detestandum peccatum hoc olim mundus cōsumptus est vniuersali diluio. & quāq; ciuitates sodome & gomore igni celesti succense. vt habitatores earū. vti descendere in infernū. ¶ Propter idem peccatum hoc: quod diuina exclamat vindictam veniunt sepius famēs. guerre. pestes. mortalitates. inūdationes aquarū. proditiones regnorum. & alie multiplices clades prout scripture testantur. ¶ Principale v̄rō & efficac cōtra peccatum hoc & generaliter aduersus luxurias remediū est sobrietas victus: malorum vitare consortia & ocium. malas & noxias cogitationes statim repellere ne figantur in corde ex toto conatu preces ad deum v̄rginem mariam sanctos sanctasq; dirigere cogitationes suas alio sum diuertere & interdum corporales penam libenter assumere. quemadmodum quidam peritus linguā propriam mordens & tentationem alloquēs spuēdo dicebat phy. phy. phy. horrenda immundicia. & tu nequissime demon ausus es mibi hanc illusionem presentare. ¶ Huius deniq; peccati luxurie: plurime sunt alie species secundum varios hominum status. quēadmodum carnalis commixtio affinis parentum. aut altarū religiosarum. Item personarum viduarum aut virginum constupratio. et quandoq; raptus violentus. ex quibus infinite clades oriuntur: vt q̄ persona aliqua in via perditionis constituitur. aut perpetuam incurrit infamiam. vel seipsam occidet aut infanstem ex stupro natum continuo nō ba

no

Tripartitum.

ptizatū iugulabit. aut deniq; totū vnū
status aut cōitas infamiā aut ruīnā
patiet. ¶ Sentimus postremo huius
peccati in somno fantasias z illusio-
nes: tunc tñ ē peccati piculū cū q̄s an-
tea vel post in vigilia: i nocturna fan-
tasia vel pollutione delectetur.

¶ Capitulum. xij. De octavo
canit precepto.

Octauū preceptū est. Non falsum
testimoniū dices. Hoc precepto
omne mēdaciū prohibet: illud qđ in
alterius pernitiē cōmittit. Qđ si iura-
mentum interuenerit graui⁹ peccat.
q; periurus est. Nunq; em̄ pro salute
etiā hoīs corpali vel spūali d̄bet q̄s
periuriū cōmittere: siue coram iudice
siue seorsum. Periuriū vero quod q̄s
in iudicio publico cōmittit: est casus
ep̄scopo ad soluendum reseruatus.

¶ Cōtra p̄ceptū hoc grauit̄ peccāt
qui in cōfessioe mēdaciter pctm celāt
aut aliū inique accusant. ¶ Insup cō-
tra preceptū hoc agunt qui delectabi-
liter nimis adinuētis nouitatib⁹ aut
aliozū diffamatiōibus: aures credu-
las prebēt. occasionē inde peccati as-
sumētes asserentes nimia leuitate d̄
proximis mala. ¶ Zelotipi p̄tere avel
suspiciosi proximos z actus eoz male
z sinistre iudicantes aut interpretan-
tes. adeo vt ex huiusmodi credulitate
falsa iniusta bella vel lites sepius mo-
ueantur.

¶ Capitulum. xij. Nonū ambit
preceptum.

Nonū preceptū est. Non concu-
pisces vxores pximi tui. z cōsili-
ter nec femiā virū cōcupiscat. ¶ Hoc
precepto districte prohibet oīs mot⁹
vel gestus exterior malus. quo trahit
alius vel sollicitatur ad peccatum lu-
xurie. siue per internuncium. siue per

missionē litterarū. siue per minas vio-
lenter. siue etiā p̄ numerā. per p̄missi-
ones. per mēdacia. aut fictas adula-
tiones. aut in supfluo vestimētōz or-
natu: iordinato aspectu vel incessu. v-
bis turpib⁹. aut deniq; attactu quoli-
bet luxurioso. sicut frequēter p̄tingit
in amplexib⁹ z osculis. ¶ Sciēdū est
nanq; qđ oīs cōcupiscentia carnalis
cōmixtionis p̄ter matrimoniale vin-
culū. etiā solo volūtatis cōsensu ple-
narie perpetrata ē mortale pctm. vbi
carnalis copula minime subsequet̄.

¶ Equidē vera est hec regula magistra-
lis. Oīs cōpleta volūtas siue bona si-
ue mala pro facto reputat̄. Mala vo-
luntas; p̄ facto reputatur. In quo pec-
cati genere peccare pōt p̄sona matri-
monialr alteri copulata quē admodū
z soluta: vt si mulier alteri⁹ q̄s viri sui
carnalē societate p̄cupiscat. ¶ Om̄s
etiā consensus plenarius z delibe-
ratus. quo quis in turpibus z carna-
libus cogitationibus delectatur. vbi
etiā deest volūtas: actum exteriorē
perpetrandi: fm plures doctores est
mortale peccatum. ¶ Patet igit̄ ex
premissis qđ oēs amplexus oscula z si-
miles attactus: principaliter ex luxu-
riosis cogitationibus prius enume-
ratis procedētes sunt graua delicta.
tātoq; grauiora si persone fuerint af-
fines: aut religiose: vel eiusdem sexus.
z qđ enormius est: si in talibus attacti-
bus vel osculis: talis non seruet̄ ho-
nestas: qualis in publico seruarietur.
Quamobrem si quis in premissis at-
tactibus vellet alteri vim inferre. de-
beret alius ex aduerso quemadmodū
pro vite corporalis tuitioe viriliter
resistere: siue verbis siue factis aut
validis clamoribus aut deniq; factū
tale personis ipsum in hoc iuuare va-
lentibus z ad hoc astrictis reuelādo.

De preceptis decalogi.

Alloquin talis quisquis ille est: non sincerus suam diligit castitatem et honorem.

Capitulum. xiiij. Decimum declarat preceptum.

Decimum preceptum est. Non concupiscas rem proximi tui. Hoc est alterius cuiuscumque. Et intelligitur hec concupiscentia prohiberi quemadmodum supra in. vi. precepto de furto et latrocinio explicatum est. Prohibetur enim hec concupiscentia et voluntas mala. cum mala voluntas (ut paulo ante dictum est) pro facto reputatur. Tali namque cupiditate cadit frequenter homo in inuidiam et in impatientiam sui status et dei blasphemiam. apud se non recte cogitans: bona temporalia se iustis meruisse: quod talis suus vicinus: quod idcirco deus iniustus est. et sibi non nisi frustra et inaniter seruiendum est: quod si incommodum aliquid aut damnum alteri contigerit stultus ille letatur et gaudet asserens pro suis demeritis et occulta malicia hoc idcirco ei accidere. Contra preceptum hoc reductiue peccat: operum misericordie tam corporaliu quam spiritualium seu eleemosynarum retentores. veluti pauperibus indigentibus cum facultas adest: et occurrente evidenter necessitate non subuenientes. et specialiter parentes propter quos providendum est medicare. aut deseruientes esurire aut egere permittentes. **C**on- similiter peccat qui seruorum suorum salariu vel lucrum iustum iniuste retinet. qui eleemosynarum preteritu. aut fundationis ecclesiarum occupat inique aliorum bona. dicentes proprietarios nimis diuites esse: et eisdem abuti. neceis propterea instituenda fore. Condemnat eos namque approbata pauli regula: affirmans non esse facienda mala ut inde bona eveniant. Nec quoque modo pro peccato offendendum est deus: eius transgrediendo preceptum quod licet cum bonum inde provenire contigerit.

Capitulum. xv. ostendit qualiter in his decem preceptis velut in mundo quodam speculo facies conscientiarum nostrarum debemus inspicere.

Hec igitur sunt decem legis divine precepta superius enarrata in quibus quasi speculo quodam polito terso et mundo: religionis christiane veritatem perlegere. et totius vite nostre ac animarum conscientiarum nostrarum pulchritudinem atque fedicitatem: possumus distincte conspicere: His mediantibus cognoscit homo vite sue decursum qualiter divina precepta servauerit: quantumque deviauerit quibus modis pro varias peccatorum species deum offenderit. qualis denique peccatorum confessio habenda sit. Quod si predictorum aliqua a quibus non plene intelligatur. consulat super his sapientes potissime autem devotos viros. Omnis namque persona postquam ad annos discretionis pervenerit. si consensu voluntario plenario et deliberato horum alicui preceptorum per contemptum inobediens extiterit. dilectioni dei amore creature preponendo. extra salutis statum efficitur. et in damnationis periculo statuitur nec gratum aliquid deo dignum beatitudinem operatur. Quamquam si temptatione grauem aut diuturnam ire siue luxurie vel alterius peccati quis incidat. si ipsa tentatio homini displiceat. aut eidem homo resistat: vel non plene et deliberate consentiat: mortaliter non peccet immo sepe nullo modo peccat. sed magnum erga deum premium meretur temptationi viriliter resistendo. **I**udicia pro- spicere clarum est. quibus viis et modis decem hec precepta infringantur. septem mortalibus et capitalibus peccatis que sunt superbia: inuidia: ira: auaricia: gula: luxuria: et accidia. Quinque item exteriorum sensuum ministerio. qui sunt

Tripartitum.

visus: auditus: olfactus: gustus et tactus. Sicque quisque in his decem preceptis speculi vite se diligenter intuetur. recte se conspicit. vere se cognoscit. seque culpedit. et his obediens discrete sapit.

Cap. xvi. explicat qualiter triplicem veritatem ore vel corde confitendo. a statu peccati mortalis ad statum gratie resurgimus.

Sciens nihilominus nisi misericordissimus pater deus: et cognoscens nostram fragilitatem per maximam. ad malum pronitatem: multiplicibus viis mortali vita durante paratissimus est nobis delicta remittere et gratiam conferre: si dumtaxat veraciter et ex corde sibi tres subscriptas veritates porrigimus.

Prima veritas est. Domine sic vel sic contra vestram bonitatem peccaui. quod mihi displicet: ratione cuius et penitentiam ago: quia vos offendit: qui totus est venerandus et colendus quodque mandatum vestrum transgressus sum. **S**ecunda veritas est. Domine bonum habeo propositum et desiderium vestro iuvamine meditate mihi in futurum precauendum ne incidam in peccatum: et occasiones peccatorum iuxta possibilitatem virtutum evitandi. **T**ertia veritas est. Domine bonam habeo voluntatem peccatorum meorum confessionem integraliter faciendi: pro loco et tempore: secundum vestrum et sancte matris ecclesie mandatum et preceptum. **H**as veritates quisquis qualicumque loco et tempore sinceriter non ficte: aut mendaciter: ex corde pronunciat: securus existat se in salutis et gratie statum consistere: et vitam eternam mereri. quamvis omnia enarrata prius crimina commisisset. Si etiam talis absque alia confessione continuo decederet in absentia sacerdotis: dormiendo aut alio quovis modo: morte subita preueniens idem finaliter saluaretur: acer-

bissima purgatorij pena mediante. **E**x quo notandum et salubre consilium elicitur: ut christianus quilibet singulis diebus bis aut semel: sero: aut mane: aut saltem festiuis diebus redeat ad cor suum conscientiam examinans: an tres premissas veritates proferre valeat cum cordis sinceritate: sicque intra statum salutis se esse confidat. Quod si eas pura mente fatentur non valet: obstante voluntate peccandi qua actualiter delectatur: aut iniquo proposito: quo quis occasiones peccatorum vitare renuit: quemadmodum illi qui peccatis carnalibus mersi resurgere nolunt: aut usuras suas aut iniustas mercationes et lucra continuant vel iniuste retineant alienum. Quibus alterius odio et vindicte desiderio flagrantibus: innocendi proposito perseverant: certissime sciant hi et conformes: non episcopum aut papam: tales absolvere posse. Quamquam talibus salutare consilium detur: ut per seipsos vel alios: bona que poterint iugiter operentur. orando vel elemosynas dando. quo deus eorum corda illuminet: et ad bonum dirigat et convertat. Nullum est enim bonum a deo exiguum: quod non tandem deus eterna vel temporali mercede remuneret multoque melius est temporale bonum et minimumque omnino nullum promereri. Saluberrimum est etiam et laudabilem consuetudinem illesam servare: ne eam dissolvendo: nunquam eternum forte resumat.

Capitulum. xvij. ostendit quis sit confessionis modus: et dat circa hoc breve documentum.

Quienscumque accedit homo ad confessionem peccatorum explananda (hoc est de necessitate semel in anno circa solennitatem paschalem. cum mortis imminet periculum: aut in sacramentorum susceptione. Ad frequentio-

Documentum.

enim confessionē: regulariter nō tene-
mur: quanq̄ sepius cōfiteri multum
prodest ad augmētū gr̄e. z distinctio-
rem cognitionē: z explicationē pecca-
torum) debet premeditari p̄fessurus:
quid aut in quo deliquerit: cū exami-
ne diligētī conscientiā discutiens: ac
si magnū inde tēporale bonū repor-
taret. Accuset se postmodū peccator
humiliter: non irrisorie. veraciter nō
fictē: vituperādo se non laudando. pu-
re recte atq̄ sinceriter. Facta imper-
tinētta dimittēdo. discrete insuper vt
non reuelētur hi quos consortes z so-
cios habuit in peccato. De his enim
confessor inquirens: grauit̄ etiam
peccaret nisi forsan sodales h̄mōt: cau-
sa petēdi cōsiliū ad eorū pellendā vio-
lentiā cōfitēs detegeret. aut fortassis
ad explicandā peccati spectē: necessi-
tas eos manifestari posceret. vt si q̄s
cū sola sorore carnaliter cōmixt⁹ fue-
rit. in quo casu querēdus esset confes-
sor personā in p̄fessione detectā igno-
rās. ¶ Super casibus aut absoluen-
dum episcopo reseruat̄is aut superio-
ri. remittat sacerdos inferiori cōfitēs
tē ad prelatū vel superiorē eū poten-
tem absolvere. Nisi forsitan cōfiten-
tī mortis periculū imineret: aut ma-
gnū aliquod scandalū ex hoc aboriri
vel peccati reuelationem sequi conte-
ctura probabili formidet. ¶ Hoc ve-
ro pro regula certa z documēto salu-
bri teneatur: vt nunq̄ pro peccato se-
creto vel occulto: penitentia publica
penitētib⁹ iungatur. nec penitentia
imponatur: quā nequeant aut nolint
sufferre. ¶ Nō d̄z rursus cōfitēs intū-
ctā sibi penitentia facilī reuelare:
quo p̄tingit interdū peccatū suū pdi
aut confessoris dicta: aut interrogata
nimis leuitate detegere. Nec em̄ oīa
secrete cōfessionis integritatē cōcer-

nūt. nisi (qđ absit) peccator penitētē
ad malū aliquod hortaretur. ¶ Est
preterea vtile z efficax remedium dili-
gētius retinēdum ab his qui peruer-
sa inclinatione vel consuetudine incli-
dunt in aliquod enorme pctm: a quo
nō de facili retrahūtur. q̄ scz seipsoz
ad penā aliquā pecuniariā: vel aliam
vsq̄ ad certū tēpus prefixū. cū certo
rationis moderamine constringant:
quotienscunq̄ in id peccatū incidere
cōtigerit. Dicūt nāq̄ sepi⁹ insipiētes
aliqui se a peccato ire. luxurie. piurij:
z si qđ est simile abstinere nō posse. q̄
tū hoc ipso salubri remedio velut mē-
daces facilī cōfutatur. cū vni⁹ albi
vel frāci in emēda cuiuslibet trāgres-
sionis eis inflicta pena: ipsos a perpe-
tratione iniuste opis retraheret. Quā
manifeste cōuincitur eos diuini prece-
pti: z proprie salutis intuitu: a cōsue-
tis vitijs abstinere posse. nisi fictam z
peruersam haberēt volūtatē. z tales
velut fatui veritati nō credūt: nec obe-
diūt: quousq̄ supplicia luant. et deli-
ctorū suorū seram et ifructuosam pe-
nitentiā agant. Fit q̄ iusto dei iudicio
vt q̄ penitere de cōmissis cuz possunt
non volunt: cum velint: ne queant.

¶ Cap. xvij. Concludit non
esse quenq̄ ab alio ad peccatū impel-
lendū sz ad bonū potius operandū.

¶ Ostremo quicquid agat homo in
p̄sona sua: supreme caueat aliū
ad male agendum sollicitare aut ver-
bis aut factis exemplis vel consilijs
aliquid agere. quod de se sit occasio
ruine peccati: specialiter coram iuue-
nibus aut p̄sonis innocētib⁹. ¶ Hoc
em̄ p̄priū ē singulareq̄ demonū offi-
ciū. quēadmodū bonorū angeloz in-
terest: specialiter hoies iducere ad bo-
num. ¶ Cōpertū est etiam frequēter

Tripartitum

accidere. q̄ hoies aliorū ad malū impulsores vir aut nūq̄ delicti sui cōdignā penitentiā assecurātem perficiāt. quia nequeūt eos corrigere ad bonū quos deceperūt. iam forte dānatis sūt vindictā a deo postulātes. eternamq̄ eis maledictionē iugiter imprecātes. Sicuti ex opposito iam saluati aliorū doctrinis z factis aut opera diligenti (qua nullū deo opus ad sacrificiū acceptius esse potest. z ad peccata delēdū validius) pro suis adiutorib⁹ preces indeficienter effundunt. ¶ Curet etiā propterea fidelīū quisquis iuxta cognitionis z virtutis a deo sibi cōcessarū facultatē monitionib⁹ z exēplis. aliū ad bene agēdum incitare. pater filiū. doctor discipulū. z sapiēs iſtruat ignorātē. ¶ Rogem⁹ tandē pro mutua pace z vnanimi inuicē charitate. quo post mortē corporis huius perēnis b̄titudinis partīcipes sim⁹: quā nobis cōcedat deus. vnus essentialiter. z personaliter trīnus qui est b̄ndictus in secula seculorū. Amen. zc.

¶ Secunda pars huius opusculi. De confessione.



¶ Quisq̄ a morte peccati ad salutis z grē statū volet resurgere q̄dōq̄ vt actus sui z intentiones ad vitā eternā vtilēs sint et meritorie: necesse est: q̄ delicta sua recogitet et cognoscat. dolēs de cōmissis. atq̄ pponat auxiliante deo a peccato mortali sibi precauere et abstinere in futurū. Firmitū preterea ac sincerū propositū habeat ppetētib⁹ loco z tēpore peccata sua saltē mortalia distincte z itegraliter p̄fiteri. ¶ Quod vt cōmodi⁹ fiat: priusq̄ cōfiteſciminia sua reuelatur⁹

accedat: ipsa circa ea matura morosa q̄ diligētia premeditari tenetur: q̄si magnū aliq̄d emolimentū tēporale inde reportare se credere. vt cōplete magis ipsa cōfessorū suo ac ac lucidi⁹ exprimat. ¶ Quia hō plurimi simpliciū: ob negligētiā aut ignorantia non excusantē s; poti⁹ accusantē: modos z species nesciūt peccatorū: p̄ns confecta ē tabula. quā inspiciētes cōfessuri: cogitatione preuia instructi sufficēter ad salutē poterūt sua pctā cognoscere. memoriterq̄ tenere z cōfessorib⁹ vtiliter referare. ¶ Procedit aut tabula hec: p̄m numerū z ordinē pctōz mortaliū q̄ sūt. supbia: iuidia: ira: auaricia: accidia: luxuria: gula. ¶ Confessurus ergo tuā primit⁹ conscientia examinas interrogate

¶ Circa peccatū superbie.

¶ Si vanā tui laudē z propriā excellentiā quesuisti aut optasti. ¶ Propter bona fortuita et caduca: diuitias scz aurum z argentum terrenasq̄ possessiones. Aut propter naturalia bona: scz corporis pulchritudinē: fortitudinē: iuuentutem. z similia. ¶ Seu etiā rōne gratuitorū donorū. sicut est dei cognitio vel affect⁹ deuotio. ¶ Si alios contempsisti propter alicuius horū bonorum precedētium defectū. ¶ Si aliqua opa fecisti: vt inde mundanā laudē acciperes. vl vt alij te meliorē q̄ ipse sis: reputarēt z multo magis si hoc fecisti pretextu hypocrisis fite. q̄ vt alijs esses exēplar i bonū. vt eos a malo retraheres. ¶ Si nimīū pertinaciter inuisus es opinionī proprie vel credulitati. alteri⁹ cōsiliū cōtēnendo. specialr in materia fidei z xpiane religionis: ex hac em radice pullulāt hereses sortilegia et false credulitates. ¶ Si per iactantiam aut

De confessione.

Inanē gloriā opera bona recitasti. vlt te alijs p̄sentib⁹ inculpasti: vt ob hoc humilis ⁊ deuot⁹ crederis. ¶ Si gloriatus es corde aut ore de malo. vt qđ aliū defraudasti. velt ei iniuriā intulisti. qđq; per te ⁊ tuos cōplices ad male agendū potens existis. ¶ Si superioribus tuis inobediens extitisti. et eos contēpsisti. precipue carnales parentes ⁊ spūales. ¶ Si intra cōfessionem mentitus es pctm̄ tuū: aut eius speciē mūdano pudore celando. talis enim cōfessio inutilis est sed ⁊ nouus crimē incurris. ¶ Si peccatorū tuorū excusationes quesiuisti. aut minuisti culpā tuā socijs aut cōplicitibus imponendo. ¶ Si te per inobedientiā ⁊ cōtemptū excōicari pmisisti. aut leuiter nimis excōicatis participasti. ¶ Si in iudicio publico vel alibi ob pudorē veritatis reuelande. periurū cōmissisti. ¶ Si a bonis opibus aut verbis abstinuisti: propter obloquētūz quorūdam fatuorū timorē. ¶ Si indignādo contempisti peccatores: pauperes ignorantes. impotētes. aut infirmos. eos precipue qui tibi genere p̄pinqui sunt. aut si eosdem irrisisti. ¶ Si signis aut verbis contempisti eos qui student deuotioni. ¶ Si presumptione motus aggressus es ardua: scientiam tuam aut potentiam excedentia aut tuo statui vel studio indecentia.

Circa peccatum inuidie.

Si de alterius incōmodo letatus es. cui ei infortunum aliquod cōtigerit. aut si diffamationem seu persecutionem incurrerit. ¶ Si de bonis alterius doluisti. quia bene famatus bonus: pulcher: sapiens: eloquens: deuotus. aut religiosus existat. ¶ Si malum alteri preoptasti. vel bonam

famam ipsius minorasti: verbis iniquis de eo publice vel secrete manifeste aut fraudulenter prolatis. eius verba ⁊ opera sinistre iudicādo. aut in peiorē partē frequenter interpretando.

Circa peccatum ire.

Si diu cum consensu iram contra proximum tenuisti: cuz desiderio vindicte vel appetitu nocendi per te vel per alium verbis aut facti. ¶ Si ira vel odio contra quēcunq; cōtumelias protulisti. aut in rebus nocentium prebuisisti. vel irrisisti. ¶ Si eum percussisti: vulnerasti. occidisti. Et attendatur diligēter an leuus sacerdos aut clericus extiterit. ¶ Si a leuis a te vel iniuriam passis veniam petere renuisti cum presertim equales tibi forent. aut in nullo subiecti. ¶ Si arma inuasiva ad nocendum tulisti. ¶ Si alteri mortem siue lesionem illicite minatus es etiam appposito iuramento. ¶ Si secretum alienum reuelasti. ¶ Si humiliter a te veniam petentibus indulgentiam denegasti. ¶ Si motus ira iurasti nequiter: vel periurum cōmissisti. aut si deum blasphemasti. ludum alearum aut alius exercendo. ¶ Si odio vel rancore potius q̄ iusticie zelo placitationibus vel litibus alium vexasti. ¶ Si alteri maledixisti presertim parentibus aut propinquis.

Circa peccatum auaricie.

Si alio nesciente vel nolente retines illud quod est suū. ¶ Si furtum rei sacre aut ecclesiastice vel alterius cuiuscunq; intra ecclesiam vel locum sacratum commisisti. ¶ Si contra deum ingratus indignaris q̄ non tibi sicut ⁊ ceteris prouenerint diuitie. nec ad votum prospere

Tripartitum

succedunt omnia. si ob hoc immemor dei beneficiorum sibi seruire contēnis. ¶ Si communia bona dominorū vel parentū laute nimis in vsus pprios sumpsisti. aut mercenariorū et seruatorū iustum lucrum non eis dē tribuisti. ¶ Si falsas et iniustas mercaturas exercuisti: et modum inquiras. ¶ Si falso et mendaci artificio vsus es: modum querere. ¶ Si symoniam in te vel in alio perpetrasti. ¶ Si commutatione vsuraria cum alio contraxisti. aduertatur modus. ¶ Si fine lucri periurus fuisti. ¶ Si ludis prohibitis vt est taxillorum ludus: auaricia motus te immiscuisti. ¶ Si festiuis diebus sepe causa lucri: manuales la borem aut mercationē per te vel aliū fieri consensisti. ¶ Si commissā tibi in testamēto vel aliter legata vel elemosynas perficere et distribuere neglexisti. ¶ Si opa misericordie et elemosynas occurrente necessitate oblationes et decimas perficere aut soluere contempsisti. ¶ Si ficta adulatione vel intentione: pecunias extorquendi alium decepisti aut etiam irrisisti. ¶ Si parentum vel mariti bona eis inscijs abstulisti. ¶ Si proprias et alienas possessiones inutiliter consumpsisti. ¶ Si alieni dāni causa vel occasio voluntarie et gaudenter extitisti: vt lucrum inde vel commodum reportares: vt exēpli gratia si inter duos rixam moues: vt ex eorum mutua lite aut verberē vel occisione emendā iudicialiam aut patrociniū lucrum feras. ¶ Si famē aut pestilentiam optas vt per eam dīteris. aut de parentum morte gaudes vt suā hereditatē accipias. aut si pūras. aut aliū ad perurandū impellis: vēdēdo et emēdo. ¶ Si in artificio quocūq; inutiles adinuenis nouitates vt ditatus abundes.

Circa peccatum accidie.

Si missam et horas vel aliud diuinum officium seu seruitium omisisti celebrare: ad que dicenda tenebaris. ¶ Si in festis spāliter que ecclesia obseruari precepit aut alias per tristitiam negligentiam vanitatē aut ocium ecclesiasticum officium predicatōes et sermones audire contempsisti. ¶ Si concessum tempus diebus presertim festiuis in verbis aut factis ociosis inutiliter consumpsisti: aut ecclesiasticum officium sermonibus garrulis turbasti. ¶ Si idem prestitum tēpus excessiue dormiendo in lecto tuo demorando vel aliter male occupasti. ¶ Si per negligentiam aut incuriam. sanctas habere meditationes mortis iudiciorum et beneficiorum dei erga te pretermisisti. ¶ Si pro benefactoribus tuis viuis et defunctis preces fundere neglexisti. ¶ Si commissorū tuo regimini et cure non recte sollicitus extitisti. ¶ Si negligenter de peccatis contritus es aut confessus. vel ante confessionem circa peccata tua p̄ meditationes habere noluisti. ¶ Si peccatorū tuorū oblitus es. vel iniunctam penitētiā minus debite perfecisti. ¶ Si quelibet votum vel promissa infringēdo transgressus es. et attēdatur modus. ¶ Si deniq; preceptorū ecclesie fuisti transgressor. vt si publicam eucharistie sumptionē vel aliorū sacramentorū susceptionē distulisti. ¶ Si non recte ipsa sacramēta suscepisti vt si non premissa debita integrali confessione.

Circa peccatum luxurie.

Si morosas cogitationes circa carnalē actū: cum complacētia et des-

De confessione.

lectatione nocua in corde tenuisti.
¶ Si cogitationibus talibus vel aspectibus aut verbis aut signis aliquibus motu carnis excitasti. nec eidem sufficenter restitisti. **¶** Si huius peccati occasiones non fugisti. aut quod deterretur est: easdem procurasti. **¶** Si per tales tentationes vel motus in luxuriosum consensum cecidisti affectando exterius opus si posses vel auderes perficere. **¶** Si tactum aliquem inhonestum vel prurium in membris pudendis exercuisti: ex quo carnalis delectatio secuta sit. et modus diligenter aduertat. **¶** Si talium peccatorum erga causa vel ruine occasio fueris. verbis. osculis. amplexibus aut alijs signis. vel forte picturis et figuratiombus inhonestis. **¶** Si dormiendo hanc carnalem delectationem vel pollutionem incurristi. Si cum alia persona carnalem commixionem incidisti. Et attendat cuius gradus vel conditionis foret persona. aut uxorata alteri. aut uirgo. si genere propinqua. et in quo gradu si sanctimonialis religiosa. aut in sacris ordinibus constituta. si tibi consensit aut ei uolentiam intulisti. si denique eiusdem tecum sexus aut alterius erat. et exprimat modus. **¶** Si luxurie peccatum opere consummasti alio ordine quam natura dictauerit. **¶** Si matrimonij legitimam honestatem non obseruasti. ratione operis in se vel circumstantiarum. que magis in confessione certis sunt interrogationibus cognoscende quam uerbis vel scripturis quibuslibet in publico referande. **¶** Si diebus festiuis minoribus aut minus solemnibus talia peccata perpetrasti. aut forsan in sacratis locis. **¶** Si abortiuum procurasti. aut fetum ex utero nasci impedisti. aut ob stricturam uestimentorum aut per agitationem corporis immoderatam

vel choreis vel alijs pluribus inustitioribus modis. **¶** Si dissolutis et inhonestis aspectibus et choreis aut gestibus incompositis: vel innata pulchritudine: aut fuco mendaciter colorata: vel denique uestimentis superfluis alios ad malum allicere uoluisti: aut te concupisti ab eisdem affectari. **¶** Si tibi matrimonialiter coniuncte persone carnalis copule debitum infirmitate aut alio legitimo impedimento cessante denegasti.

¶ Circa peccatum gule.

Si ieiunia ab ecclesia obseruari mandata transgressus es. cessante infirmitate. impotentia uel in alia rationali causa. **¶** Si ex nimia cibi uel potus sumptione: ebrietatem luxuriam dissensiones aut corporis infirmitatem incurristi. **¶** Si ob eandem causam studium laborem mercationem uel aliud opus ad quod agendum tenearis obmisisti. **¶** Si per nimios sumptus in potibus et cibis te uel tuos heredes indigere aut mendicare cogisti. **¶** Si denique nimis auide aut abundantanter cibum sumpsisti. uel delicta fercula curiose perpetrasti. aut horam comedendi preuenisti. sic quod ex hoc preceptum aliquod dei uel ecclesie solueretur uel grande aliquod corporis incommodum sequeretur. **¶** Per hec aut omnia que de septem peccatis mortalibus iam explicata sunt: potest homo cognoscere quibus modis quibusque sensuum exteriorum ministerio contra decem legis precepta. contra misericordie opera. et duodecim nostre fidei articulos deliquerit ut non sit opus: hec posteriora prioribus addere nisi quis enumeratis prioribus specialiora et particulariora adiungere uoluerit.

Tripartitum

Ad plenarium autē precedentius intellectū: vt cognoscatur qualiter rite sit faciēda confessio notanda sunt aliqua. **¶** Primo q̄ de comuni regula est ⁊ ecclesie precepto: tenetur: quilibet ad minus semel in anno circa pascha peccata sua confiteri: cum etiam eucharistiam aut aliud sacramentum suscipere intendit: tunc etiam cum mortis imminet periculū. **¶** Cum preterea ipse qui peccatorē absoluerē potest adest: cuius presentia nunq̄ in posterum haberi formidat: quāuis sepius cōfiteri pro sit quater videlicet annuatim. vel mensibus singulis: aut quolibet solemni festo iuxta persone facultatem ⁊ statū. **¶** Secundo q̄ confessio in loco penitenti vel publico fieri debet: ne occasiōe secreti loci ⁊ pretexto deuotiōis. impellat diabolus ad malas cogitationes: et iniqua verba vel opera. nunquā etiā confessor confitentis vultus aspiciat.

¶ Tertio q̄ multa sunt crimina a quibus peccatorem sacerdos simplex absoluerē non potest. nisi penitentiarius fuerit. aut a prelato superiorem potestatem acceperit. Quemadmodū foris illegitū: quod aliquando per abusum sacrarum rerum committitur. aut ex alijs rebus friuole causa querit̄ que non est in causa intēti effectus: quod per res sacras committitur sacrilegiū: quod est furtum rei sacre vel intra locum sacrum. **¶** Percussio violenta sacerdotis vel clerici. symonia. heresis. ceteraq̄ crimina quibus eo facto excoicationis sententiā incurrunt delinquentes. homicidiū. percussio patris aut matris. periurium in iudicio publico commissum. adulteriū signanter notorium. mulierum raptus violentus. defloratio virginū. corruptio sanctimonialium. ⁊ incestus cum consan-

guineis intra quartum gradus. votorum fractio. oppressio paruulorum infantium ob negligentem custodiā. peccatum item turpissimum ⁊ abominabile quod contra naturā dicitur: siue in propria persona per mollicitē perpetratū sit. siue in alio commissum qui eiusdem sexus existit: vel in persona alterius sexus si fiat in alijs membris q̄ natura ad generationes deputauerit: vel si deniq̄ in alia specie admissū sit. Talia nāq̄ crimina grauiora sunt q̄ sit esus carnis in sacro sancto die veneris. vnde ⁊ de eis tenetur peccator expresse confiteri: sub pena eterne dānationis. **¶** Quarto q̄ persona cōfitens debet habere volūtarium propositū omnia peccata sua iuxta vires integraliter explicandi: ⁊ ad interrogata veritatē sine mēdacio respondere: nec ad sui excusationem quicq̄ celare. Item celare etiam debet peccatum alterius. nisi fortassis aliter suū peccatum reuelare non possit: vel nisi personā talē ad suū cōmodū spūale confessori detegeret absq̄ preiudicio cuiuscunq̄. **¶** Qd si prelatus superior vel penitentiarius nō singula peccata cōfitentis integraliter: sed solus casus reseruos audire voluerit reseruet peccator alia delicta minori sacerdoti potestati sup his habēdi cōfitēda. **¶** Quinto q̄ nullus iniunctā p̄niam recipere debet: nisi quā p̄ficere voluerit. quaz ⁊ celare tenetur: vna cū alijs a confessore platis aut interrogatis: nisi forsan q̄ absit idem confessor cōfitentē verbis aliquibus ad malū inducere vellet. **¶** Sexto q̄ si grāde qd alicui restituēdum sit: ⁊ is ignoretur cui debet restitui. vel etiam si votorū commutatio aut relaxatio faciēda sit consulat̄ platus superior vel alius horū potestati habens: non tantum sacer-

De arte moriendi.

dos inferior. ¶ Septimo q̄ sup peccatis in generali sup̄ enumeratis: si casus speciales occurrat: vel numerus delictorum: tenet hoc confitens explicare. tūc presertim q̄n particularitas casus vel numerus: specialē haberet annexam maliciā mortālē. vt cū quis decem francos abstulit pauperi uxore z filios habēt: vel in loco sacro: grauius peccatū est q̄ furtus precise in generali cōmississe. Et pariformiter i alijs casib⁹ particularitas exprimat. put cōfitens meminert fm beneplacitū confessoris. obmissis circūstātijs alijs ad peccati grauitatem impertinentibus. ¶ Octauo q̄ si psona confitens in peccandi proposito perseuerat: vel de nouo pctm iterare disposuit: aut q̄ ablatum alteri fm facultatem suā non vult dimittere vel restituere. aut q̄ a carnali peccato luxurie recusat abstinere. vel q̄ nocēdi iniquum propositū retinet. nullus hāc personā a peccatis cōfessis potest aut debet absoluerē. quāq̄ tali persone salubriter cōsulat: vt bona q̄ poterit interim p̄ficiat quatinus eam deus in viam rectā dignetur illustrare. ¶ Nono notetur q̄ peccatū quodlibet tanto peius ac deterius est: quāto pluribus intulit nocumētū. ¶ Propterea si quis fuerit alterius ruine causa z occasio. vt innocens: presertim iuuenes aut puellas suo consilio hortatu vel alio quouis modo sollicitudo ad peccatū: agat huius rei dīstrīctam p̄niam. z procurat deceptorum a se correctionē aut emendationem totis v̄ribus procurando z per se z alios eos ad viam veritatis: z sanam doctrinam reducendo. In hoc enim consistit portio principalis satisfactionis z penitentie. ¶ Decimo q̄ si quis post conscientie sue examinatione diligentē: ipe pec-

11
catorum quorūdā etiā mortaliū a se cōmissorum nō reminiscatur: tunc per solā generalē cōfessionem de ipsis absq̄ alia speciali saluabitur: si tū ea prius oblita: postmodū ad memoriā redierint: ea specialiter certis tempore z loco confiteri tenet. Quia in re periculo sum est cōmissorum a se delictorum mortaliū per negligentiam atq̄ desidiā immemorem fieri.

¶ Absolutio.

Forma absolutiōis sufficiens requisita pro peccato de qb⁹ cōfessor intēdit: z potest absoluerē cōfidentē. Ego absoluo te a peccatis tuis. In nomine p̄ris z filij z spūs sancti. Amē. Et si cōfessio fiat de excoicatione tantūmodo: dicatur sic. Ego absoluo te ab excoicatione tua. In nomine p̄ris z filij z spūs sancti Amen. Et si cū hoc fiat absolutio d̄ peccato propter q̄ lata est excoicatio: vel de alijs: addatur forma prior. Additiones quedam alie conditionales aut inuolute tutius dimittuntur.

¶ Tertia pars hui⁹ opusculi de scientia mortis.



¶ Veraces fideles: q̄ amici cuiuspiam egroti corā diligētē agāt p̄ ip̄i⁹ vita corporali fragili z defectibili p̄seruāda exigūt a nobis: multo fortius de⁹ z

charitas p̄ salute sua spūali sollicitudine gerere spālez. In hac em̄ extrema mortis necessitate fidelis p̄bat amicus. Quippe nullū est op⁹ misericordie maius siue cōmodo suis: q̄ z tāti ap̄ deū meritū z amplioris frequenter estimat: quē admodū persone nostrī saluatoris iesu christi si in terris

Tripartitum.

nobiscum degeret: impensum seruitium corporale. Quamobrem cura fuit presentis scripto componere breuem quendam exhortationis modum habendum: circa eos qui sunt in mortis articulo constituti. valentem etiam generaliter omnibus catholicis ad artem et noticiam bene moriendi conquerendam. ¶ Continet autem hoc opusculum breue quattuor particulas. scilicet exhortationes. interrogaciones. orationes. et obseruationes.

¶ Prima pars continet quattuor exhortationes.

¶ Prima est.

A Mice dilecte aut dilecta: cōsidera nos omnes subiectos esse potenti manu dei et ipsius voluntati: omnes nos cuiuscumque conditionis aut status: reges. principes. diuites. et pauperes mortis tributum soluere necesse est: venimus in mundum peregrinorum more. vt ex eo transeamus non vt mansiones in eo stabiliamus: quin potius: vt hic bene et merito viuentes et deo seruientes: horribiles inferni penas euitemus: et gloriam eternam habeamus. ¶ Recognosce diligenter cum gratiarum actione a deo tibi concessa beneficia: quod tibi etiam in hac extrema hora sui cognitionem dederit: nec te morte subita preoccupauerit: gratias pro his et alijs innumeris donis nunc eidem refer: ad suam infinitam misericordiam cōfugiens: et de commissis a te criminibus veniam humiliter poscens. Sollicite cogita te in vita tua plurima delicta perpetrasse: quibus penam ferre meruisti: vnde et huius infirmitatis et mortis penas patienter tolerare debes: rogans deum vt presentis do-

loris acerbitas: remissiones operetur peccatorum: et purgatorij horribilis cruciatus: in hanc afflictionem tuam: per suam misericordiam commutetur. Tolerabilius est namque hic presentialiter quam in futuro puniri. Quod si sic corde contrito: patiens penam necessariam tanquam voluntariam feres et omnem penam et culpam remittet deus: certusque paradysum introibis. Alioquin per impatientiam: eternam penam et damnationem incurres. ¶ Super omnia in hac extrema hora constitutus meditare circa tuam spiritualem salutem: nunquam enim fortassis in futurum huius meditationis occurreret opportunitas. omnem aliam sollicitudinem et rerum terrenarum curam relinque: quas relinquere necesse est. que etiam nec ab inferni precipicio corruentem eripere valent. Plena fide te deo committe et ei qui omnipotens bonus et sapiens est: te et tua et tuorum regenda prebe. Omnem preterea cogitatum tuum in eum dirige astantes solummodo et superstites rogans: vt pro salute tua deum precibus exorent.

¶ Secunda particula sex habet interrogaciones.

D Flecte aut dilecta. Uis tu mori et viuere in soliditate fidei christiane respectu dei et domini nostri iesu christi tanquam verus fidelis et obediens sancte matris ecclesie filius? Respondeat volo. ¶ Petis a deo veniam peccatorum tuorum commissorum et obmissorum: que contra eiusdem amorem: maiestatem atque bonitatem fecisti. Nec euz prout debebas honorasti? Respondeat peto. ¶ Quis

De arte moriendi.

bes ne sincerum propositum et expli-
citam voluntate: vitam tuam in me-
lius commutare atque corrigere si vi-
ta comes superfuerit? Rogas etiam
deum: ut tibi gratiam prestet hoc pro-
positum continuandiveramque contri-
tionem habendi. **E**s tu conscius
tibi ipsi alicuius peccati mortalis vel
criminis: de quo non sis confessus.
Optas ne etiam cor tuum illumina-
ri: ad obliuionem criminum si que sint
habendam noticiam: et si tu libenter
confitereris ea. **E**is ablata per te
restitui integraliter: quantum ad id te-
neris iuxta tuarum facultatum valo-
rem: etiam ad usque omnium bonorum
tuorum cessionem et renunciationem.
Vbi alias satisfactio fieri non valeret
et coram deo et hominibus veniam in-
surte petis. **I**ndulges ex toto corde
omnibus qui tibi nocumentum intu-
lerunt: ob reuerentiam et amorem do-
mini nostri iesu christi a quo et veniam
speras. **P**etis similiter indulgeri ti-
bi et remitti ab his quos verbis aut
factis lesisti. Ad has omnes premis-
sas interrogaciones affirmatiue respo-
deat. **G**loria.

Tertia particula breues
et deuotas administrat ora-
tiones.

Primo dicat infirmus ex toto cor-
de deum orans. **D**eus meus piis-
sime pater miserere mei. **D**eus meus
piissime pater. In manus tuas comē-
do spiritum meum. **P**ater misericor-
diarum: misericordiam fac huic pau-
percule creature tue. Adiuua me nūc
etiam in hac vltima necessitate. Suc-
curre domine iam anime egentis et de-
solate. ut nō a malignis spiritibus ca-
piatur: et a canibus infernalibus de-

uoretur. **D**ulcissime domine iesu
christe ob honorem et veritatem tue
benedictissime passionis: iube me re-
cipi intra numerum electorum tuo-
rum. **S**aluator meus et redemptor me-
us: reddo me totum tibi: non me res-
nuas ad te venio: non me repellas.
Domine paradysum tuum postulo.
non ob valorem meorum meritorum:
sed in virtute et efficacia tue benedictis-
sime passionis: per quam me miserum
redimere voluisti. et mihi paradysum
precio tui sanguinis emere dignatus
es: ipsum mihi conferre festina: pro-
pter quem nec tue diuitie: aut poten-
tia minuetur: nec ipse paradysus an-
gustior aut minor inuenietur.

Salutet postmodum beatif-
simam virginem Mariam dicens.

Regina celorum mater misericor-
die: confugium peccatorum: re-
concilia me unigenito filio tuo: eius
clementiam pro me indigno peccato-
re interpella: ut ob amorem tui mea re-
mittat crimina perducens in gloriam
suam. **A**ngelos dei hinc precibus
inuitet inquitens. **S**piritus celorum
angeli beatissimi assistite queso mihi
migranti ex hoc seculo: et potenter eri-
pate me ab omnibus aduersariorum
insidijs: et animam meam in vestrum
confortium assumite. **T**u precipue an-
gele bone custos meus. **P**ost hec
inquiratur ab infirmo: cui sanctorum
vel sanctarum magis deuotus extite-
rit: ut illi precem offerat dicendo. **O** glo-
riosissime sancte vel sancta singularē
in te dum viuerem spem et confidentiam
reposui: succurre nūc mihi in hoc extre-
mo necessitatis articulo laboranti. nūc
anxiosus supra modum. tempus nunc instat
et hora: iam in adiutorium meum intende.

De arte moriendi.

Quarta pars quasdam obseruationes edocet. vt sciatur qualis predictorum usus habendus sit.

Si patiens nondum eucharistiam aut extremam unctionem suscepit interroget: si eadem sacramenta deuote paratus est recipere? **S**i etiam super interrogationibus premissis verisimiliter appareat responsiones patientis non usquequaque sufficientes existere. remedium apponatur quantum id commodius fieri poterit: vel per ministracionem sacramentorum confessionis. eucharistie aut extreme unctionis. vel eidem manifestando periculum quod incurrit: non plene satisfaciendo petitionibus: super fide sua et salute conscientie placis. Moneatur vt decedat tanquam verus et fidelis christianus. **A**tten datur si infirmus ipse excommunicationis vinculo astrictus tenetur. et propterea submittat se totis viribus ordinacioni sancte matris ecclesie vt absoluat.

Si moriturus plerumque temporis spacium: ad suam recollectionem habeat. nec morte festina preueniat legende forent coram eo ab assistentibus: hystorie et orationes deuote. in quibus sanus et viuens amplius delectabatur. vel recedenda eunt diuina precepta vt profundius meditetur. si quid aduersus ea negligenter oblitum deliquerit. vel similis coram ea instructio recitet. **S**i patiens usus loquendi perdidit: habet tamen sanam et integram noticiam ad interrogationes sibi factas vel orationes coram eo recitatas: signo aliquo exteriori vel solo cordis consensu respondeat. hoc enim sufficit ad salutem. **P**resentetur infirmo: imago crucifixi vel alterius sancti quem sanus et incolumis spiritualiter venerabatur. **S**i non omnia premissa dici breuitas sinat: proponende sunt

orationes. illa presertim que saluatori nostro iesu christo dirigitur. **N**ullatenus aut minime si fieri possit morientis amici carnales. vxor: liberi: vel diuitie: ad memoriam reducantur. nisi in quantum id exigit patientis spiritualis sanitas et dum alias conuenienter obmitti nequit. **N**on detur infirmo nimia spes corporalis salutis consequende: ingeratur potius eidem prima monitio superius explicata. **S**epe namque per vnam talem inanem et falsam consolationem et incertam sanitatis corporee confidentiam: certas incurrit homo damnationem. **Q**uinimo hortandus est patiens vt per contritionem et confessionem: anime sanitatem procuret: quod et ad salutem corporis (si sibi fuerit expediens) valere poterit. et inde securior atque quietior erit.

Quia vero frequenter corporalis infirmitas: ex anime languore ortum habet: papa per expressam decretalem cuilibet medico corporis districte precipit: ne cuiquam egroto corpoream conferat medicinam priusquam de spiritualis medici confessoris: scilicet requisitione eundem monuerit. **N**on expediens videretur: vt in quibuslibet pauperum hospitalibus vel domibus dei statuto firmaretur: ne quis ibidem eger suscipi posset qui non primo ingressus die confessionem faceret: vel idoneo sacerdoti ad hoc ipsum deputato paratus confiteri se continuo presentaret sicut in domo dei Parisius laudabiliter obseruatur.

Copusculum tripartitum fuit.

De cognitione peccatorū venialiū z mortaliū.

Tractatū sequē

tem de differētia peccatorū venialiū z mortaliū: edidit idē xp̄ianissimus doctoz dñs Joānes de Berson: pro q̄rūdam personarum laicaruz simpliciū eruditione in idiomate proprio scz lingua gallica. Sed pro aliorū eruditione: aliū quidam ipsum transtulit a gallico in latinum.

Incipiunt Rubrice considerationum tractatus sequentis.

- i Declaratio gñalis quid est peccatum mortale aut veniale.
- ij Quō i oib⁹ peccatis reperiri potest peccatū tantū modo veniale.
- iii Quādo vana gloria est peccatuz mortale aut veniale.
- iiii Quādo supbia est peccatū mortale aut veniale.
- v Quā iudicare est peccatū: z quale.
- vi Quādo cōtemp⁹ superioruz est peccatum. z quale.
- vii Quā invidia est pctm̄. z quale.
- viii Quā ira est pctm̄. z quale.
- ix Quā accidia est pctm̄. z quale.
- x Quā auaricia est pctm̄. z quale.
- xi Quā gula est peccatū. z quale.
- xij Quā luxuria est peccatuz. z quale.
- xiii De mentiēdo.
- xiiii De iurando.
- xv De corectione fraterna.
- xvi Quā cōtra p̄scientiā facere: ē peccatum mortale. z qñ non.
- xvii Quō de duobus malis: min⁹ est eligendum.
- xviii Quā ignorantia est peccatum.
- xix De cōfessione plura documēta.
- xx De pctis que fiunt in mercātis.
- xxi De bona credulitate fidei nostre
- xxii De excōicationibus.
- xxiii Quā vitari debet sacerdos de audiēda eius missa: z qñ non.

xxiiij Quale malū facit veniale pctm̄.
xxv Exemplū generale declarās qd est peccatū mortale aut veniale.

Prologus i tractatum sequentem.



Oli bene cōsiderat bonitatem dei erga nos: causam habet magnifice regratiandi z laudandi deū. Cū em̄ de iusticie rigore debere mus ei seruire quotidie meliori modo quo possemus sine cessatione. nisi hūmīnus nostre cōpattēs fragilitati contentari voluit certū nobis dare numerū mandatorū. z in certo tēpore. Que si cōplemus gratiā eius habeamus z sufficit ei z acq̄rimus p̄dium. Melius tñ faciētes: ampli⁹ z magnificētius remunerat. Necessitas ē igit̄ scire mandata obligantia. z que nō. Alias em̄ vel trāsgridiemur ea p̄ ignorantia vel in custodiēdo ea: habebimus magnā nimis de trāsgressiōe dubitationē. z dubitabim⁹ vbi dubitandū nō erat. p̄ qd̄ pderemus totaz consciētie trāquillitatē: putando non peccatū esse peccatū z ecōtra de peccato qd̄ nō esset peccatuz. Et quāuis nescirē in oib⁹ casib⁹ dare regulā speciale qñ vn⁹ actus pctm̄ fuerit mortale z qñ nō. tñ dari pnt aliqua documēta in generali: p̄ que iudicari meli⁹ potest de factis sp̄alibus. Propter qd̄ studui scribere vobis cōsideratiōes aliquas breues: ad sciēdū qñ peccat mortale. z qñ nō in plurib⁹ casib⁹. In oibus em̄ casib⁹ ad longum eas tradere: graue esset aut impossibile. Immo hoc qd̄ vobis scribam: plene nō intelligetis sicut credo propter suaz breuitatem: nisi habeatis qui vobis

De coniugatione peccatorum.

declaret. Volo ergo ut de his que non intelligetis diligenter inquiratis.

Consideratio prima. Declaratio generalis quid est peccatum mortale aut veniale.

